



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Politicorvm Liber quintus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

POLITICORVM

LIBER QVINTVS.

DE LEGIBVS.

CAPVT I.

Ratio instituta de legibus disputatio- nis.

Rogandis
& seruandis
legibus
Respublica
seruatur.



LEGES Reipublicæ ferre salu-
tares, summæ est prudentiæ, &
auctoritatis; eas vero obserua-
re cuius præstantissimi. Nulla en-
nim res ciuitati est vtilior, aut
honestior, quam bonarum legum
custodia. De legibus itaque
disputare, leges iudicare,
nouas suadere, veteres emendare, antiquandas pro-
nunciare, principis esse, & summi principis esse vide-
tur: Venerari & exosculari leges, iussa capessere sub-
ditorum est. An ergo & ego de legibus disputabo? Id
quidem Theologo, & Philosopho necessarium est:
Iuriconsulti autem tota materia, lex est; *sine lege enim
loqui erubescit.* Politicus vero Rempublicam optime,
solidissimeque constituerit, si hoc effecerit, vt leges
optimæ ferantur, & late vigeant: Lex enim anima ci-
uitatis est, cuius vegetabili influxu viuunt, nutuque gu-
bernatur magnum hoc corpus. Et quemadmodum
Epilepticorum, phreneticorumque; *res & vixus rursus est,*
ex leges concussiones vehementer exhorrescimus, quia
præter animi voluntatem membra corporis detor-
quent, ita quoque Respublica, cum sopita vel pressa le-
ge, violentis motibus agitatur, comitiali morbo labo-
rat, ingenti sonitu, & de repente castrum. De legibus
igitur & mihi dicendum est.

De legibus
agit Theo-
logus.

Non de singulis, id enim esset infiniti operis, nec
meæ professionis, totam enim iurisprudentiam, sa-
crarum, ciuiliūque legum scientiam, tractatio-
nemque contineret ea disputatio: itaque generatim
de natura iuris, & legum; de causis & effectibus; de pro-
prietatibus, partibusque ea dicam, quæ ordinandæ
ciuitati sufficiant; & ad particularia decreta intelli-
genda, & constituenda conducant. Idque vt pluri-
mum de Imperatorum, Regum, & virorum consul-
tissimorum sententia, ex fidei historiarum, hoc est
humani generis, experimento.

Historia le-
gum explo-
ratrix est.

§. 2. Cum vero tam sint varia non modo natio-
num diuersarum, sed eiusdem etiam gentis institu-
ta, moresque; adeo vt quanquam falso, non sine oc-
casionem tamen dixerit olim non nemo: *Honesti, &
turpis discrimen sola opinione constare:* Mihi integrum
erit de omnibus Rerumpublicarum institutis meo
arbitratu iudicare, nec premi iudicium meum de-
bet illius Reipublicæ præiudicio, si pro me facient
aliarum ciuitatum placita. Et de meo quoque iudi-
cio aliorum iudicia libera sunt.

Leges igitur expendam, & illis Rempublicam in-

struam. Et diuina quidem die ac nocte consideran-
da est. Lex igitur Dei, (inquit Amb. de 24. manf. fil.
Israel in 28. manf.) exactissima quaque censura examinan-
da, & omni qua potest, maiori sedulitate seruanda, ne ab ea
forte excidamus. Hoc nos præsens mansio docet. Baneiacbam
enim excitationem designat. Qui autem legem Dei percolat, no-
minima quidem vel syllaba, vel apex negligenter labatur, dili-
genter obseruat.

Lex in om-
ni re confi-
deranda est.

§. 3. Hæc enim consideratio conscientiam dirigit,
mentem illuminat, & Rempublicam informat. Eam
ob rem & veterum multi, & mediæ ætatis scriptores
non pauci, nostræ vero tempestate innumeri de le-
gibus tractarunt. Vetusissimus omnium quorum
momenta supersunt est Plato, cuius libri duode-
cim hodieque in manibus sunt. Si antiquitatem spec-
tes tunc eruditi, si nostra tempora, parum accurati.
Secuti sunt deinde varii sed monumenta exciderunt.
Romanorum princeps Cicero tribus libris Plato-
nis sententiam exposuit: qui ante eum in Republica
floruerunt, summi viri de iure, & legibus responde-
runt.

Platonis o-
pus de legi-
bus vetustis-
simum est.

Tullius l. 1. de leg. Ego memini summos fuisse in ciuitate
nostrâ viros, qui id interpretari populo, & respondere soliti
sint: sed eos magna profectos, in paruis esse versatos. Quid enim
est tantum, quantum ius ciuitatis? quid autem tam exiguum
quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? quam est populo
necessarium?

Secuti sunt deinde Iuriconsultorum exercitus
imperatorum æuo. Sed illi fere ex duodecim tabulis,
ex senatusconsultis, plebiscitis, principum decretis,
prudentium responsis sua, non ex intima philoso-
phia, vt etiam veteres, dogmata hauserunt. Quem-
admodum iure cauerent, quomodo rem suam tue-
rentur, de parietum, terminorum, viarum, stillicidio-
rum iure disputarunt. Totam causam vniuersi iuris
ac legem parce attigerunt. Itaque merito queritur
Tullius, veteres magna profectos in paruis versatos. Nam ius
ciuile quod illi præcipue tractant, in paruum & an-
gustum locum concluditur naturæ. Natura autem iuris
nobis explicanda est, eaque ab hominis repetenda natura:
consideranda leges, quibus ciuitates regi debeant: tum hæc tra-
ctanda, quæ composita sunt, & descripta, iura, & iussa popu-
lorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt, quæ vocan-
tur iura ciuilia.

Iuris & le-
gum vix
natura si-
menda est.

Ita Tullius; & causam ante reddiderat. Nullo in ge-
nere disputandi magis honesta patefieri, quid sit homini na-
tura tributum, quantam vim rerum optimarum mens hu-
mana contineat, cuius muneris colendi, efficiendique causa
nati, & in lucem editi sumus, quæ sit coniunctio hominum,
quæ naturalis societas inter ipsos. his enim explicatis, fons
legum & iuris inueniri potest. Non ergo à Prætoris edicto,
vt plerique nunc, neque à XII. tabulis, vt superiores, sed
penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam
putas.

Iuxta Phi-
losofia.

§. 4. Hanc

§. 4. Hanc rationem D. Thomas in 1. 2. q. 90. Antoninus 1. p. t. 11. Hugo de potestate legum. Gerson 3. p. de vita spiritali. Et prima parte de potestate Ecclesiastica, & origine iuris ac legum. Vincentius Beluacensis in speculo mor. lib. 1. pagin. 2. Alphonsus à Castro, de poenali lege. Guilhelmus Parisensis. Dominicus Sotus lib. 1. & 2. Ex Theologis Societatis; Gregorius de Valentia, qui etiam in vniuersam Theologiam operibus editis, confutatisque hæreticis Germaniam illustrauit. Cui testimonium auditor eius Clemens octauus dedit, & doctorem doctorum appellauit.

Secutus G. de Valentia est Ioannes de Salas Castellanus, in quo præter profunda Theologiæ, & Philosophiæ, etiam peritia omnis iuris, & æquitatis apparet.

Gabriel Vasquez in 1. 2. disp. 150. & sequentibus, ique magno, & libero iudicio. Martinus Becanus præceptor meus breuiter, dilucide, & acute, vt & doctos instruere, & occupatis consulere possit. Prolixè eandem materiam Franciscus Soarez libris decem persecutus est, breuiter tamen, si tam vasti ingenii vbertatem, & cætera monumenta spectemus. Quos libros vt studiosis Theologiæ commendem, non opus est nouo encomio, id solum assero, verum esse, quod censores eius P. Fr. Ludouicus ab angelis, ordinis minorum prouincialis, & P. F. Vincentius Pereira ordinis prædicatorum pronunciarunt. Ludouici hæc est censura.

Soarez A fundi ingenui.

Theologia & canonici consulti sum.

Ex mandato supremi sanctæ inquisitionis senatus, vidi hanc de legibus tractationem, ab admodum reuerendo & eruditissimo patre Francisco Soarez compositam, in qua summa & in ipso solita eruditione difficultates huius materie disserit, & dissoluit; nihilque fidei repugnans in hoc Tractatu continetur, nihil alma matris Ecclesiæ atque sanctiorum patrum decretis aut bonis moribus contrarium: Imo potius in omnibus explicandis, qua hanc disputationem concernere possunt, tantum in ea eruditionis splendorem reperiri comperi, vt nihil superius, vel ad disputationem Theologicam, vel ad iuris pontificij interpretationem desiderari videatur. Quocirca tanquam Theologia, & Iuris Canonici eruditissimis necessariam, & reipublice Christianæ vtilissimam dignam iudico, quod typis excussa omnibus offeratur Dat. Olyssipone die 5. Maij, Anno Domini 1611.

Vincentii vero ista. Legi accurate de mandato supremi Senatus sanctæ Inquisitionis tractatum hunc de legibus in decem libros distinctum, Autore R. P. Doctore Francisco Soarez primario in Conimbricensi Academia Professore, dignumque suo autore iudico, plus enim in illo est, quod probatur aspectu, quam ore laudari possit, sicut de luce ait D. Ambrosius lib. 1. Exam. cap. 9. In communem ergo omnium vtilitatem typis mandari potest: Dat. in conuentu S. Dominici Olyssiponenfis die 5. Augusti Anno 1611.

Axiomatis prudentum videretur principis, non ea disputabit.

§. 5. Theologi quidem de legibus disputant, vt animos hominum ad obedientiam, verique, & honesti cupiditatem inducant; mihi vero propositum est ostendere ex ratione, & natura iuris, ac legum, quam ratione ciuitas optime gubernetur. Ideoque & multas eorum disputationes intermittere video, mihiq; illa, quæ ab ipsis copiose disputata sunt, sumenda; multa etiam prætermittenda, quæ magis scholis, quam aulis, & tribunalibus vsurpantur, omnia vero ad vsum, vtilitatemque virorum in Republica versantium accommodanda.

Vnum est, quod monitos omnes velim, qui vel leges condunt, vel eas pro officio tuerentur, vel exponunt; vt parcant legibus, quas ipsi probant. Præclare Lactantius lib. 4. institutionum diuin. Quicunque dat præcepta hominibus; ad vitam moresque fingit, aliorum quidem bona sunt, quæ præcepit; at ipse eodem mo-

do viuendum est, quo docet esse viuendum: ne si aliter ille vixerit, præceptis suis fidem detrahat, leuioremque doctrinam suam faciat, si re ipsa resoluat, quod verbis nitatur astringere. Cum igitur quis non faciat, quæ præcepit, quæ insolentia est, vt homini libero velit leges, quibus ipse non pareat? Homines enim malunt exempla, quam verba:

Quia loqui facile est, præstare difficile.

☞ (* *) ☞

C A P V T I I.

Definitio legum, & diuisio.

DEFINITIONES legum multæ sunt, quæ facile defendi, multo autem facilius impugnari possunt. Nihil enim est accurata definitione rariius. Omnis enim difficultas in definitionem reduci potest.

Aristotel. ad Alex. Καὶ ὁ νόμος ἐστὶν λόγος οἰκουμενικὸς κατ' ὁμολογίαν κοινὴν πόλεως, μὴ νόμος πῶς δὲ πρὸς ἑκάστην. Nam & lex est oratio, (ratio) communi ciuitatis consensu definita, ostendens, quomodo vnusquodque sit agendum.

Lex præcipit est a gentiorum.

Cicero lib. 1. de leg. Est autem lex ratio summa insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria. Et lib. 2. de natura Deorum: Lex est recti præceptio, prauique depulsio.

D. Thom. 1. 2. q. 91. a. 4. Lex est ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.

Papinianus l. lex est. π. de leg. Lex est commune præceptum, virorum prudentium consultum, delictorum quæ sponte, vel ignorantia committuntur, coercitio, sponsio denique Reipublice communis.

Alphonsus à Castro: Lex est recta voluntas eius, qui vicem populi gerit, voce, aut scripto promulgata, cum intentione subditos obligandi ad illam.

Valentianus: Lex est quoddam rectum rationis prædictæ decretum, ab eo qui curam communitatis gerit, sufficienter sancitum: & constitutum vt ex eius vi debeat necessario modus aliquis siue in re, siue in actione propter bonum commune adhiberi.

Ioannes de Salas: Lex est præceptum communitatis impositum perpetuo obligans, nisi reuocetur.

Soarez lib. 1. cap. 12. Lex est commune præceptum, iustum ac stabile, sufficienter promulgatum.

Alias definitiones sponte prætereo. Vt lex est generale iussum populi, aut plebis rogante senatu. Gell. 10. cap. 20. Et:

Lex est quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante, velut consule, constituebat. Nam particulare ius continent.

Mihi definitiones illæ pleræque commoda interpretatione videntur posse ad veram intelligentiam, explicationemque referri.

Vt igitur rem ipsam ob oculos ponamus, in legum significato & ipsa re multa sunt consideranda.

§. 2. Primo legem Hebraei vocant תורה à תור quod est explorare considerare, ordinare. תורה est enim ordo, ratio, ordinatio; nam exploratio ordinatissime procedit, cum prudenter rem indagat. Esth. 2. 12. tempus seu ordinem designat. Verum malo à תורה deducere, quod est, docere: & latissime apud Hebræos accipitur, vt sit ratio, doctrina, dispositio, iudicium, statutum. Græcis νόμος dicitur, non tam à pascendo, quam suum ius vnicuique distri-

Lex hebraea ab ordinando, Græcis à distribuendo dicitur.

distribuendo. Olim autem cantilenas vocarunt *vō-
pav*, ut auctor est Aristoteles, prob. sect. 19. 28. Cur leges pleraque cantilena appellentur? An quod homi-
nes prius quam literas scirent, leges cantabant, ne eas ob-
liuioni mandarent: quod etiam nostra ætate Agathyrsi in
more est. Ergo primas quoque posteriorum cantilenarum eo-
dem appellauerunt nomine, quo omnes superiores vocaban-
tur. Lex igitur modus, regula, norma, status, con-
ditio, præceptum quamuis iniquum vocatur, sed
de propria lege nos loquimur.

§. 3. Deinde lex omnis est composita variis ex
partibus. Nam in ea est iudicium, seu actus intel-
lectus legislatoris, quo iudicat faciendum, aut non
faciendum, obligandumque subditum. Deinde de-
cretum, seu actus voluntatis quo eum obligare con-
stituit. Tertio, promulgatio, qua lex subdito in-
dicatur. Quarto, est intelligentia subditi, qua ob-
ligationem suam agnoscit, aut sane sua culpa igno-
rat. Denique est res ipsa, seu ut vocant obiectum,
circa quod iudicium voluntasque, tam legislatoris,
quam subditorum versatur. Lex in paradiso est:
De arbore scientiæ boni, & mali ne comedunt. Hoc obie-
ctum à Deo, hominibusque cognitum, vocatur lex,
terminusque est diuinæ iussuionis, & humanæ obe-
ditionis. Dirigit enim hominis & intellectum, &
voluntatem. Primo Deus intelligit hoc imperan-
dum, deinde vult imperare, ac tandem imperio suo
edicit, quo cognito obligatio parendi nascitur.
Quæ itaque hoc loco pluribus disputantur, à Theo-
logis sitne lex opus intellectus, an voluntatis? no-
bis nequaquam necessaria sunt, cum vtrumque com-
plectatur. His igitur constitutis facile est breui de-
finitione legis naturam comprehendere.

Lex est præceptum æquum superioris subditum
ad agendum, aut non agendum obligans. Nam
præceptum genus est; æquitas excludit iniusta im-
peria, quæ leges non nisi per abusum nominantur,
obligatio subditi promulgationem, aliaque inclu-
dit. De stabilitate, aliisque legum affectionibus di-
cam suo loco.

§. 4. Legis & iuris magna est affinitas, & crebro
illa confunduntur. Ius ita dicitur quod iustum,
estque obiectum iustitiæ. Illa enim virtus suum ob-
iectum, sicut & aliæ constituit. Ius enim hoc esse
dicunt quod de iustitia fonte manauit. Ius inquam
generale est, quod respondet iustitiæ generali, nempe
id quod in omni re atque actione rationi rectæ,
ac æquitati consentaneum est. Peculiare ius est,
quod iustitiæ strictæ sumptæ respondet, estque id
quod lex præscribit, aut facultas quam lex cuique
facit. Consuetudine iuris peritorum ius legem fre-
quenter significat. Ius est civilis æquitas, vel scrip-
tis legibus sancita (inquit Crispus) vel institutis,
aut moribus recepta. Atque hæc initia legum
sunt, & natura.

§. 5. Diuisio legum, & iuris proportionem qua-
dam eadem est. Et iuris quidem partitionem ipsi
Themidos antistites variam instituerunt. Ius natu-
rale primum vocant naturalem rei cuiuslibet incli-
nationem: deinde ius secundarium naturale; ut sta-
re promissis, neminem lædere. Hoc idem dicitur
à quibusdam ius gentium primum. Tertio quod
inde deriuatur ius gentium secundarium appellant,
ut quod discursu practico colligitur ita consentaneo
naturæ, ut in id gentes omnes, aut pene omnes,
nisi valde sint effera conspirent. Itaque ius natu-
rale non est omnino à iure gentium distinctum.
Nam ius gentium vocat imperator, quod naturalis
ratio inter omnes homines constituit. Ius secun-
darium naturale necessitas constituit, ut ait Aristo-
teles libr. 1. polit. capit. 3. Exemplum est seruitus,
quæ non est contra ius naturale. Nempe mansue-

tior illa, & à Iustiniano, aliisque emendata; verus
enim barbara, & tyrannica omnino fuit.

Item ius *ἡ δὲ νόμος ὑπερβαίνον & ἀρρετὸν*, *ἡ ἴσχυς* alii
vocant, *ἡ δὲ νόμος*. Et ius personarum, rerum, actio-
num.

Hinc & ius quod civile dicitur natum est, quod
neque totum à naturali, vel gentium iure recedit,
neque per omnia ei seruit, itaque cum aliquid ad-
dimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium
seu civile intelligimus. Quod si omnino recedit à
naturali, iam ius non est, sed iniuria, & tyrannis.

Sic quidem iuris gentium seruitus est, quamuis
enim omnes liberi nascuntur, vnum est enim, &
ex vno omne genus hominum, serui tamen fieri
possunt iure gentium, quod non est contra ius na-
turæ; Qui enim alteri bellum iniustum infert, mor-
temque molitur, ille potest occidi:

*Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,
Armaque in armatos sumere iura sinunt.*

Humanitate tamen gentium mansuetarum in serui-
tutem mortis pœna commutata est. Civile itaque
ius naturalem æquitatem nunquam corrumpit, sed
eam determinat: quod si aliquando abire ab ea lon-
gius videtur, rationem tamen habere debet, quæ
id quod præscribitur; ratione alicuius circumstan-
tiæ faciat iustum. Durum sane videtur præscriptio-
ne amittere rei propriæ possessionem, sed ne lon-
gissimo tempore dominia rerum incerto possessore
iacerent, consultius est paucorum damno publi-
cæ quieti prospicere. Optime Gregor. Tolos. in
Syntag. iuris. libro vndecimo, cap. primo, §. 9. & seq.
Quemadmodum etiam & civilis ratio, quæ naturalem ha-
bet causam, fere semper comitem. Ratio enim vix dici po-
test, quæ naturalis non sit, quæ tamen non semper, quod
natura communi congruit omnium considerat, sed aliquan-
do tantum societatis alicuius civilis causam, utque commo-
dius alicuius vita instituat, habita ratione morum præ-
sentis loci, & eius quod ibi sepius, quam alibi communiter
inter homines contingit. Indeque ius civile, quod proprium
cuiusque ciuitatis, hoc est, quod maxime conformatum est
ritibus, & moribus receptis in ciuitate, partim cum iure
naturæ consentit, veluti cum sermone æquitatis, & iusti-
tiæ & iuris, vnde tantum iustum: nec tamen per omnia ei
inseruit, id est, non omnino secundum vniuersalem æqui-
tatem naturalem statuit. Necessitas quippe societatum, in-
terdum iubet ab ea æquitate desistere, ut propter frequen-
tiam criminum, augeri penas, aut propter mores seniores,
& barbaros durius statui, interdum contraria causa minuit,
& aliter hic expedit, aliter alibi leges temperare. Quæ o-
mnino tamen, etsi diuersa in locis diuersis & contraria, ius-
ta nihilominus sunt & æqua: sed diuersa ratione, & se-
cundum quid, non secundum generalem considerationem iu-
ris naturæ in abstracto, sed secundum ius naturale in con-
creto, hoc est, pro conuenientia subiecti, cui nomotheta ius-
sum præscribit. Ut non dubitem ius naturale, & in iure
civili esse. Verum in illo concreto appellationem, civilis do-
minari. Et tamen si sanctiones civiles non sint consona ra-
tioni, ius non faciunt, quamuis ita nominentur, sed corru-
prelæ: si autem consentiant cum ratione, cum ea natura-
lis sit, ius quoque civile, & naturale hoc modo erit, & in
concreto dici poterit, & ratione contractionis ad illam vel
illam ciuitatem, ius naturale, & civile quoque.

§. 6. Hæc de iure statuerunt, legum quoque est
non dissimilis diuisio. Plato in Timæo legem diui-
dit in diuinam, cœlestem, naturalem & humanam. Cœlestem à
Diuina distinguit. Diuinam vocat,
quam Theologi æternam appellant, quæ est ra-
tio in mente diuina existens vniuersi gubernatrix.
Cœlestis lex Platoni est ipsa *νοῆς*, seu fatum, quod
nisi sana

Ad legem
varia con-
currunt.

Lex actus
voluntatis,
& intelle-
ctus perfici-
tur.

Ius & lex
affinia
sunt.

Ius varie
diuiditur.

Ius civile
consenta-
neum est na-
turali.

Seruitus
prima origo
est ab iniu-
ria.

Legis qua
contra ius
esse videtur,
magna de-
bet esse ra-
tio ut sit
iusta.

Quod in-
iustum
est æquitas,
ob circum-
stantias pe-
ri potest
iniquitas.

nisi sana interpretatione pietas Christiana non admittit. Naturalis est, quam ante definiuimus: Eadem ratione S. Thomas in æternam, naturalem, diuinam, & humanam partitur: alii legem seu ius diuidunt in naturale & positium. Iurisperiti naturalem, gentium, & ciuilem rationem legis considerant, Diuinam, & Canonicam Theologis permittunt. Ius seu legem ciuilem auctores diuidunt in sex partes. Est enim lex quod populus Romanus Senatorio magistratu interrogante constituebatur. Verum de solo Romano & stantis Reipublicæ iure agit. Nam hoc à Romulo statutum fuerat, ut nihil sacrosanctum esset, nisi quod plebs, populusve sanxisset. Quod enim curiis visum fuerat id ad senatum referebatur. Nam legum latio, magistratum creatio, belli arbitrium in populi erant potestate. Imo & grauioris multa irrogatio, à populo decernebatur, Tit. Liu. lib. 25.

Senatusconsultum quod senatus censuit, cui si quis tribunus intercederet, auctoritas tantum perscribatur, & ad senatum populumque referebatur. Hoc tamen genus legis excludunt multi; nam Senatusconsulta, & decreta magistratum, non ea vi pollebant, qua iussa populi, in legem enim & magistratus, & plebs iurabat; Vera tamen lex dici potest; nam minor potestas aut obligatio, non facit ut lex esse definat, sed ut sit lex imbecillior, neque ad rationem legis pertinet, ut in illam à subditis iuretur. Senatus enim loco totius populi consulitur, ideoque rerum gerendarum, nisi quas populus exceperit, habet potestatem.

Plebiscita Festus definit, quæ plebs tributis comitiis, sine patribus, plebeio magistratu, hoc est, Tribuno plebis rogante accepit.

Edicta erant, quæ ceteri magistratus, ut consules, ædiles, tribuni, sed præcipue prætores initio magistratus promulgabant. Idcirco ius Prætorium vocabatur; quemadmodum & ius honorarium, quod ab eis, qui honores gerebant, esset edictum.

Edicebant initio Prætores quod de re quaque ius dicturi essent, ut se quisque præmuniret, lib. 2. §. 5. de ant. iure ciu. Rom. & lib. 3. capit. 5. Sigonius. Cicero lib. 1. act. 2. in Verrem, annuam legem appellat. Finem enim adferebant Calendæ Ian. & initium eisdem calendis nascebatur. atque hac lege ius dicebat Prætor urbanus, non suo arbitrio, sed secutus leges iam antelatas; nam leges duodecim tabularum adiuuabat, supplebat, interdum corrigebat. Itaque eius muneris erat, ad æquitatem & præsentis statum ciuitatis leges ponere: Moderata illa potestas erat, tum quia finis illius æquitas, tum verò quia annua, & si inique ius dixisset, non modo repulsa à consulari certa erat, sed accusator quoque imminebat. Visum tamen est postea edicta prætorum facere perpetua, ut lege cornelia cautum est.

Placita principum sunt, cum imperator vel rescriptit, vel iudicauit, & edicto præcepit. Eapoteestas per legem Regiam Cæsari data est, ut tota ratio legum, quemadmodum ipsa Respublica ad vnum venerit.

Denique responsa prudentum sunt sententiæ iurisperitorum, qui olim cum auctoritate de iure respondebant. Ab eorum consensu iudici recedere non licuit. de illis ita inst. lib. 1. t. 2. §. 8. Responsa prudentium sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permisum erat de iure respondere. nam antiquitus constitutum erat, ut essent, qui iura publice interpretarentur, quibus à Cæsare ius respondendi datum est, qui iurisconsulti appellabantur, quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut iudici recedere à responsis eorum non liceret, ut est constitutum. Sine scripto ius venit, quod vsus approbauit:

nam diuturni mores consensu vtentium comprobati, legem imitantur. Et non inieganter in duas species ius ciuile distributum esse videtur. nam origo eius ab institutis duarum ciuitatum, Athenarum scilicet, & Lacedæmoniorum fluxisse videtur. In his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant, memoria mandarent: Athenienses vero ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent. Sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræque obseruantur diuina quadam prudentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. ea vero quæ ipsa sibi quæque ciuitas constituit, sæpe mutari solent: Vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata. Omne autem ius quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones; & prius de personis videamus. nam parum est ius nosse, si persona quarum causa constitutum est, ignorentur.

Hoc ergo modo ius imperator ipse definit, diuidit, sed ius ut ait scriptum. Nam alio pertinent consuetudines de quibus dicam suo loco. Nam Carolus Sigonius lib. 1. cap. 5. de antiquo iure Romanorum, Bipertitum ius facit, nempe quorum alterum scripto, alterum consuetudine constabat. Et sane quorundam urbium leges scriptæ non fuerunt, ut Iustinianus testatur. Ius non scriptum in Rempublicam inuexit mos, & instituta maiorum, quorum æquitate sæpe iuris austeritas temperata est.

§. 7. Sane apud populum rudem initio lex nulla fuit, liber iuris Romani temporibus Tarquinij superbi confectus est, de quo Pomponius. Initio ciuitatis nostræ populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit: omniaque manu à regibus gubernantur. Postea, aucta ad aliquem modum ciuitate, ipsum Romulum traditur populum in 30. partes diuissse, quas partes curias appellauit: propterea, quod tunc resp. curam per sententias partium earum expediebat. ut ita leges quasdam & ipse curias ad populum tulit, tulerunt & sequentes reges. quas omnes conscriptæ exstant in lib. Sexti Papirij, qui fuit illis temporibus, quib. Superbus Demarati Corinthij filius ex principalibus viris. Is liber, ut diximus, appellatur ius ciuile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit: sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit.

Sed magis regia voluntate, quam iure viuiebant, itaque pulis iam tyrannis, & afflicta per dominationem patriciorum libertate, de legibus est cogitatum, factæ inde duodecim tabulæ, quæ ius triplex, seu leges triplices continebant. Aufonius in Grapio numeri ternarii

Ius triplex, tabulæ, quod ter sancere quaternæ,

Sacrum, priuatum, & populi commune quod vsquam. Legibus annexæ sunt actiones, processus, & formulæ, quæ initio quidem ad compendia litium adhibebantur, ne suo quisque arbitrio causas ageret; verum deinceps Cn. Flauius formulas euulgauit, unde ius Flauianum: Alias addidit Ælius actiones, quas rude vulgus ius Ælianum vocauit. Cum enim in foro contenditur, plus fere auctoritatis tabulæ, quam iurisperiti sortiuntur. Atque hæc de iuris, legumque descriptionibus, & diuisionibus, de quibus amplissima & politicæ philosophiæ tirones edoceri solent.

CAPVT III.

Legum necessitas, atque utilitas.

§. 1. **L**EGEM esse necessariam non eodem modo dicimus. Nam lex æterna in se spectata, hoc est obiectum iusti imperij, quo recta iubentur, & obedientiæ, qua suscipiuntur imperata, sempiternum est. Itaque necessarium est esse, ut repugnet non esse. Nam iniuriam non esse inferendam; Æquitatem esse colendam, sanctissima lex est.

Et neces-

Lex æterna absolute est necessaria.

Triplex ius duodecim tabularum.

Formule vocatæ sunt ius.

Lex æterna, naturalis, diuina, humana.

Leges Romana.

Annua lex prætorum.

Ius prætorium temporarium.

Et necessaria quam nulla ratio obscurare, nulla vis potest infringere. Nulla enim potestate ne omnipotente quidem Dei fieri potest, ut iustum sit, facere iniuriam alteri.

Creatura
natura est
obedire
creatori.

§. 2. Lex aeterna, & naturalis necessaria est; si creaturae, rationis & intellectus participes existant. Nam animalia illa, seu spiritus, alta, & capace mente, liberaque voluntate praeclari, natura sua imperio maiori domini subiecti sunt, ab eius enim nutu providentiaque pendent, cuius potestate conditi sunt; itaque illorum natura est obedire. Egregie hoc explicuit Lactantius lib. 6. cap. 8. Est quidem vera lex recta ratio, natura congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quae vocet ad officium iubendo. Verando a fraude deterreat: quae tamen neque probos frustra iubet, aut vetat, nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec propagari fas est, neque derogari aliquid licet, nec tota abrogari potest, nec vero aut per Senatum, aut per populum solui hac lege possumus: nec est quaerendus explanator, aut interpret alius, nec erit alia lex Roma, alia Athenis, alia nunc, alia posthac, sed & omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister, & imperator omnium Deus, ille legis huius inuentor, disceptor, lator, cui qui non parebit ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernetur: hoc ipso luet maximas poenas, etiam si cetera supplicia, quae putantur, aufugerit.

Itaque in ipsa mente, adeoque natura iustitiae & sanctitatis est insita regula. Hinc recte dictum est: Deum ibi regnare ubi lex regnat.

Quid enim terrisque poloque

Parendi sine lege manet? Vice cuncta geruntur,
Alternisque premunt propriis sub legibus, omnia
Terra, premit felix regum diademata Roma.

Hanc ducibus frenare datum, mox crescit in illos
Imperium superis.

Vitia legum
Origines,
ut medicinae
morbis.

§. 3. Quaedam vrbium mox initio legibus fundatae sunt, quaedam vero sensum leges addidere ac mutauere. Et fere ex vitiis bonae leges ortae, quemadmodum medicinarum industria extorsit morborum vis ingruens, sic necessitate adducti homines in varias viuendi leges conuenerunt. Melior est tamen earum vrbium status, quae mox cum ipsis moribus leges condiderunt; cum enim sit in legibus salus ciuitatis, ut monet Aristoteles lib. 1. Rhet. c. 4. parum iuuant munimenta corporum, si animorum integritati parum est prospectum.

§. 4. De ciuilibus & canonicis posituius, quin etiam de posituius Dei quas vocant, praecipua difficultas est. Multi enim leges, legumque ordinem exosi, probant vitam exlegem, priscamque gentem, in qua lege non agebatur, admirantur; in qua simplex ratio, caritasque pro lege erat;

Leges posituae sunt
necessariae.

nec supplex turba timebat,

Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.

Verum illi ideas fabricantur, & ut poeta ait *desca-
rton*, & quaerunt Rempubicam, aut fingunt, qualem nulla aetas vidit, aut videbit. Nos scimus virginem terram sanguine fraterno maduisse, & totum mundum antediluvianum aquis abolutum, & tamen post tantum naufragium mox proteruum filium illulisse parenti, & dominandi cupidinem in campo Sennar exarsisse. Sicigitur censeo. Quemadmodum homines omnes, atque adeo omnis creatura natura sua est in vramque partem flexilis; nam hoc ipso, quod est ex nihilo, mutabilis est; In malum & bonum cerea; ideoque ut rectae normae conuenienter viuat, a malo arceatur, virtuti insuecat, lege opus est; ita quoque cum videamus frequentissime a plurimis in Republica peccari, opus est lege non modo quae peccata vetet, sed etiam quae animas peccatorum amputet. Sed illas de absoluta po-

Ab initio
vicia, & le-
ges suere.

testate legum, & necessitate disputationes omit-
tam. De legibus politicis externis, quaeque proprie
ciuiles appellantur, constat, nullam absque illis posse
ciuitatem administrari, cum enim corrupta sit ho-
minis natura, & in malum prona ab adolescentia,
metu legum coercenda est. Sine legibus enim so-
cietas hominum latrocinium est, & iniuria; nullo
autem modo est res publica. Neque satis fuerit prin-
cipes, & magistratus esse; nam & illi crebro sunt è
multis, interdum etiam multitudine deteriores.
Certe non semper eodem affectu iudicant; nec satis
est bene esse institutos, imperia enim etiam bonos
demutant. Olim arbitria principum erant pro le-
gibus, sed fides spectata principio faciebat, ut leges
non desiderarentur. Augustinus lib. 4. de ciu. Dei, c. 6.
ex Trogo Pompeio. Principio rerum gentium nationumque
imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiesta-
tis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos mode-
ratio prouehat. Populi nullis legibus tenebantur: arbitria
principum pro legibus erant: Fines imperij tueri magis quam
proferre mos erat. Intra suam cuique patriam regna finie-
bantur. Primus omnium Ninus rex Assyriorum veterem &
quasi autum gentibus morem noua imperij cupiditate mu-
tauit. Hic primus intulit bella finitimis & rudes adhuc ad
resistendum populo: ad terminos, usque Libya perdomuit.
Ita quoque in lib. 2. initio. de origine iuris, & leg.
de constit. §. Sed & quod principi placuit.

§. 5. Verum non tantum ob has causas necessa-
ria lex est, sed principatus etiam illi dandus est. Est Legidan-
enim lex omnium regina, ut monuit Pindarus: *ὁ δὲ πρῶτος
ἄρχων ἐστὶ βασιλεὺς ἐπὶ πάντων καὶ ἀθανάτων*. Lex patris.

regina est omnium hominum, & Deorum. Habuerunt
& legem suam angeli, habent & priuatae domus. O-
ptime Martianus lib. 2. de legibus. *ὁ νόμος πάντων
ἐστὶ βασιλεὺς θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων περὶ γράμματος, δὲ
καὶ ἀντὶ τοῦ πρῶτος ἐστὶ καὶ ἐν ταῖς καλῶν καὶ τῶν ἀδικοῦν,
καὶ ἀρχόντες καὶ ἡγεμόνες καὶ τῶν καλῶν τε εἶναι δι-
καιοῦν, καὶ ἀδικοῦν, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζωῶν πρῶτος
ἐστὶν ὁ νόμος, ὃν ποιῶντες, διαπορεύσμεθα καὶ ὃν οὐ ποιῶντες.
i. Lex est omnium diuinarum & humanarum rerum regi-
na. oportet enim eam esse praesidem & bonis & malis & prin-
cipem & ducem: & secundum hoc regulam esse iustorum,
& iniustorum, & eorum animantium quae natura ciuilia
sunt, praecipitum quidem faciendorum, prohibitorium vero
non faciendorum.*

Necessitas vero ordinis in omni republica, in ex-
ercitu, in iudiciis ita est euidens, ut sine illo nulla
communitas manere possit. Cum enim innumerae
res sint adiaphorae, quae diuerso modo recte fieri
possunt, nisi tamen ordo praescribatur, ut certo ali-
quo modo peragantur, omnino fieri sine difficul-
tate non possunt. Sine aliquo iure non modo nul-
la res publica, sed ne latronum quidem caetus age-
re possunt. Leges quasdam habent ipsae conspira-
tiones contra leges institutae, nec sine aliqua specie
iusti validae esse possunt. Neque enim leges dede-
cora prohibentes, imperantesque honesta, dunta-
taxat necessariae sunt; Sed etiam aliae leuioribus de
rebus, de iure terminorum, stillicidiorum, seruitu-
tum, viarum, luminis, suggrundiorum, sine quibus
ciuitas diu consistere non potest. Omnia enim in-
certa sunt, non possessiones modo, & aedificia, sed
vita ipsa. Non potest cuiquam constare, quid suum,
quid alienum sit in ea vrbe, ubi nulla lege acqui-
ritur quicquam, aut retinetur. Lactatio necesse est
sit omnium rerum. Quid heredibus relinquit, quid
benemeritis leget, nemo constituere potest. Opti-
me sane Demosthenes dixit; vitam mortalium vniuer-
sam legibus, & natura regi; non sufficit in Republi-
ca natura, etiam recta, bonique mores. Opus
est rerum omnium certam, quantum fieri potest,
habere

Ipsa iniu-
ria quanta
lege leges
impugnata.

habere normam, certos ordines, limites, agendique rationem. Lex est de præscriptionibus, dura illa, & nisi restitutio in integrum concedatur, interdum iniusta; & sine illa tamen non potest esse facta recta reipublicæ salus; quia diutissime dominia rerum essent incerta. Turbationes igitur tollit lex, pacem stabilis, & inter ciues caritatem. Litium multitudo non sequitur ex recta legum ordinatione; non enim legum multitudo moderata, & scientia, sed ignorantio litigiosa est, ut monuit optime Cicero lib. 1. de legibus.

Lex oculus est, & lux ciuitatis; ea sublata, tenebræ omnia possidebunt, & opera tenebrarum, hoc est, maleficia; quod si densis illis tenebris lux aliquando intermicet, videri tamen non poterit, si oculus perpetuo conculsus titubet.

Itaque de paruis quoque rebus leges non parua momenta habituras scribet legislator prudens: non modo ad parendi consuetudinem, amoremque inducendum, sed ad turbas vitandas. Ephorum leue, & ridiculum præceptum est multis visum: *ῥεῖσθαι τὸν μύσκα, Tondere barbam.* Sed causa additur; *καὶ πρὸς τοῖς νόμοις. & obtemperare legibus;* magna enim debet esse veneratio legum etiam minimarum: Quam multas rerum minutarum leges immensa Dei maiestas Israelitis tulit? & obseruandæ tamen illæ fuerunt. Et rationem habent iustam. Quid lex illa Deut. 23. 15. *Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita natura, gerens paxillum in balteo. cumque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies quo relictus es.* Deus igitur de minimis, & fordidis etiam legem fert.

§. 6. Nemo igitur parui æstimer de rebus non magnis leges; sunt enim vel de rebus necessariis, vel vitilibus: Miratus sum Germaniæ principum non singulorum modo in suis territoriis, sed vniuersorum in publicis comitiis, curam, sollicitudinem, prudentiam, vigilantiam. Vide recessus imperii, inuenies, ut de grauissimis digna Germanica maiestate sanctiones; ita de minimis quoque prudentissimas leges. Augustæ anno 1530. anno 1551. 1559. 1566. Spiræ 1570. Francofurti 1577. Vide titulos, *von den Schalknarren / Psefferen / Frommerten / Spielereuten / Landföhren / Sängern / vnd Meinsprechern.* De morionibus, tibicinibus, tubicinibus, quocunque organo ludentibus, vagabundis, cantoribus, rythmographis. Quia enim ad principum curam pertinet omnium salus, de omnibus etiam leges ferendæ fuerunt. Nec obstat libertati legum custodia, sed fons est libertatis; malitia est velle sibi permitti, quod leges vetant: Non modo in rebus, quas natura sanxit: sed etiam illis, in quibus, quod natura liberum reliquit, vnâ partem lex determinauit. Gladiorum gestationem Respublica inhibuit, contra naturam iam est cæteris parentibus te vnum contra efferri, gladioque cinctum incedere. Non obstat libertati, qui magno labore per aspera collium vias æquat ac sternit, atque omnes recto, ac tuto itinere capessere protectionem iubet; non est liberi hominis, sed infani per dumeta, & aspreta decurrere; alieno beneficio uti nolle. Optime itaque ab Heraclito dictum est, *magis pugnandum esse pro legibus, quam pro mœnibus,* nam sine mœnibus, non autem sine legibus esse potest ciuitas. Sparta diu mœnia contempsit, & tum felicior fuit. Sine cornibus taurus, sine vnguibus leo, sine dentium fulmine aper viuere potest, at sine anima non potest, at lex ciuitatis est anima, sine ea igitur esse non potest: cum nec locus, nec opum vlla vis sine legibus seruare imperium possint.

Salua igitur erit respublica, si omnes metuant legem, ut tyrannum, ut prudenter sensit Bias, si ma-

ximum imperium sit *ἡ πόλις ἑὸν*, ligni variegati, seu inscripti.

Quin hoc etiam notandum est, periculosissimam esse felicitatem ob eam duntaxat causam, quia qui nimium felix est, non facile legum patitur iugum, quemadmodum luxuriantes equi fessorem excutunt. Plato olim consultus de legibus florentissimæ, & opulentissimæ, & quod inde sequebatur, lasciuissimæ Reipublicæ scribendis; respondit; non esse facile tam felicibus Cyrenensibus leges scribere. Optime etiam Gregorius Tolosani in Syntagmate iuris l. 47. cap. 3. §. 2. Hic est inter legitimos actus, quia non potest dici iudicium, nisi secundum leges fiat. Et magistratus tunc recte administrant rempubl. si leges sequantur. Qui enim vult legem dominari, vult præesse Deum & leges: qui autem ex hominis arbitrio vult regi ciuitatem, fauissimam belluam addit, ut scribit Aristoteles. Quanquam sciam ab eo quasitum diligentissime; vtiliusque sit virum optimum, quam legem optimam imperare. Verius puto, leges potius optimis consultationibus stabilitas, sequendas. Ut inflexibiles, quam mutabiles hominum voluntates. Ut Plato quoque recte putat, interitum reipublicæ imminere, cum non leges magistratibus, sed magistratus legibus imperant.

§. 7. Leges vero Reipublicæ etiam Ecclesia probat, illique vitur; Vagienfis Episcopus auxilium à legibus petit; & eum non modo recte, sed etiam necessario hoc fecisse Augustinus iudicauit, cum Pauli exemplum secutus sit. Epist. 50. ad Bonifac. comitem. Auxilium ergo petiuit ab imperatore Christiano, non tam sui vliscendi causa, quam tuenda Ecclesia sibi credita. Quod si prætermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda. Neque enim & Apostolus Paulus vita sua transitoria consulebat, sed Ecclesie Dei, quando contra illos, qui eum occidere conspiraauerant, consilium illorum tribuno ut proderetur, effecit. Vnde factum est ut eum ad locum quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias: Romanas etiam leges implorare minime dubitauit, ciuem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemque ne Iudeis, eum interimere cupientibus, traderetur, Cæsaris poposcit auxilium, Romani quidem principis, sed non Christiani. Vbi satis ostendit quid facere deberent postea Christi dispensatores, quando imperatores Christianos periclitante Ecclesia reperirent.

Idem quoque Augustinus Epist. 48. ad Vincentium, probat impios legum ciuiliū vinculis tantum phreneticos alligandos: leges enim etiam cum molestæ sunt, salubriter corrigunt. Ita Ep. 50. Hoc enim contigit Donatistis, quod accusatoribus sancti Danielis. Sicut enim in illos leones, sic in istos conuersæ sunt leges, quibus innocentem opprimere voluerunt, nisi quod propter misericordiam Christi magis pro eis sunt istæ leges, quæ illis videntur aduersa: quoniam multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur; & se esse correctos, atque ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agunt. Et qui oderant, diligunt, molestasque sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantum recepta sanitate gratulantur, & in residuos cum quibus fuerant perituri, iam simili dilectione nobiscum, ut pariter instemus, ne illi pereant, excitantur. Molestus est enim & medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cadendo, sed ambo diligendo. Si autem negligant & perire permittant, ista potius mansuetudo falsa, crudelis est.

CAPVT IV.

Materia legum varia est.

§. 1. **M**ATERIA legis duplex est; illa in qua lex Mens & volūntas est, quam subiectum legis scholæ appellant; & illa de qua lex est. Subiectum legis est intellectus, & voluntas. nam de lege peccati de qua gō.

Apostolus.

Felices non facile patiuntur legibus.

Ecclesia leges seculi implorat.

Leges salubriter corrigunt.

Apostolus disputat 7. ad Romanos non agimus, est igitur in mente, & voluntate lex omnis. ut supra docui. Deinde lex in voce est, & scriptis, ut in signis.

Non tamen necesse est legem scribi; itaque membrana & tabula non sunt necessaria subiecta legum. Ita 7. lib. 1. t. 3. §. 32. De quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est: & si quando in re hoc deficeret, tunc quod proximum & consequens ei est: si nec id quidem appareat, tunc ius, quod res Romana vitur, servari oportet.

Inueterata consuetudo pro lege non immerito custoditur. (Et hoc est ius quod dicitur moribus constitutum.) Nam cum ipsa leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi recepta sunt: merito & ea, quae sine illo scripto populus probavit, tenebunt omnes: nam quid interest, suffragio populi voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

Sane Lycurgus leges non scripsit, & olim quoque carminibus continebantur, quae suos singuli edocebant. Eadem ratio est, in legibus canonicis, quarum scriptio non est necessaria ullo modo. Docent id Soarez, de Salas, Valentia. Et ante Aristoteles 10. Ethic. cap. 9.

Vtilissimum tamen est scriptam esse. Nam primo legem suam quam populo iam multiplicato Deus tulit, scribi voluit; imo ipse digito suo lapideis tabulis inscripsit. Et volumen legis noluit de manibus Israelitarum unquam recedere. Est enim memoriae praecipuum subsidium scriptio. Nam facile gentes quae illiteratae sunt, bellis, eluvionibus, morbis epidemiis afflictae mutantur, atque omnia instituta obliuiscuntur. Facile verba effugiunt, facile mutilantur sententiae, dum soli memoriae fidentur. Itaque firmis, & ad aeternitatem idoneis notis illigandae sunt.

Eleganter dictum est a Basilio Ep. 178. Verba naturam habent volucrum. Quapropter literarum notis utuntur homines, ut sermonum auolantium velocitatem, qui scribit, prehendant. Tu igitur puer notas literarum perfectas ducis, formasque recto ordine collocato. Modicus namque error scribentis, plurimum de sermone deterit. Diligentia vero scribentis quod dictum est integre perficitur & absoluitur.

Non potest tam facile sermo loquentis emendari, quia celeriter transiit, postquam quaevis res & dicitur. Quemadmodum volucrum sub nube volantem non ita spectare licet, quemadmodum eam, quae cauea est illigata.

Deinde scriptae legis repetitione facilima omnia pacta, conuenta, contractusque diriguntur; neque fieri potest, ut in illa multitudine legum omnium conditorium sit unus hominis quantumcunque prodigiosa memoria: Itaque Exodi 17. 14. & Deut. 31. 22. Scripsit igitur Moses canticum, & docuit filios Israel. Praecepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait, Consortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, praecepit Leuitis qui portabant arcam foederis Domini, dicens, Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcae foederis Domini Dei vestri; ut sit ibi contra te in testimonium.

Et Deut. 17. 18. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Leuitica tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitae suae: ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius, quae in lege praecepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos; neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet ipse & filius eius super Israel.

Deum secuta gentes; & leges civiles scriptis mandarunt. Quamuis enim

Salust. definit, ius esse civilem aequitatem, vel scriptis legibus sancitam; vel institutis, & moribus receptam, & plerique consuetudinem a lege ita distinguant, ut lex scripta sit, consuetudo sit *de rege*; non tamen hoc ex legum natura deductum est, sed more Rerumpublicarum, quae omnes leges scripto ediderunt, consuetudines sine scripto tenent. Hinc est quod monet Iliodorus 2. Etym. cap. 10. Inter legem, & morem hoc interest; quod lex scripta est; mos vero verustate probata consuetudo, siue lex non scripta. Et lib. 5. cap. 3. Lex est constitutio scripta, mos est verustate probata consuetudo non scripta. Nam leges pleraque non modo scribuntur, verum etiam scribi debent, quamuis sine scripto legis rationem quoque contineant.

§. 2. In Republica Romana ad legem scriptio requirebatur. Nam magistratus legem rogaturus, domi eam scriptam perpendebat ipse, & iuris consuetudinumque peritos in consilium adhibebat. Deinde de ea ferenda ad senatum populumque referebat. Tertio in publico proponebat, seu prouulgabat, ut Festus loquitur, itaque inspicere, censeri, iudicari a quolibet poterat. Spacium quo legis examen perdurabat, erat Trinundinum, hoc est viginti septem dierum. Quarto suadebant, dissuadebantque, ac iubebant legem esse, idque scripto V. R. hoc est: *uti rogas*. Vel non esse, litera A. hoc est, *antiquo*. Acceptam iam legem omnes iureiurando confirmabant. Tandem in aedem incidebatur, tabulaeque vel in publico proponebantur, vel etiam in aedem recondabantur. Romanae itaque leges sine scriptura non erant. Hinc nonnulli negant legem esse in imperio Romano, si scripta non sit: quod etiam c. de legibus l. Humanum imperator sentire videtur. Quod sane ita vitatum est, ut merito imprudenter facere princeps dicendus sit, si legem sine scripto promulget.

§. 3. Materia de qua lex agit; Actiones sunt eorum qui ratione & libero arbitrio utuntur. Quicquid enim norma aliqua regi potest, legis est capax. Quae de re toto libro varia dicenda occurrent, nunc haec pauca notari velim.

Generatim igitur de actibus humanis leges praecipunt, aut vetant, nec civiles in alia materia versantur. Sunt vero hominum actiones multiplices, laudabiles, pravae, adiaphorae, omnes adeo multae, & variae, quam magnus est virtutum chorus, & virtutum chaos. Deinde aliae actiones sola mente concipiuntur, & voluntate, aliorum in dictis factisque opus apparet. Tertio quorundam operum est ordinaria & facilis, praestatio, aliorum rara, difficilis, periculosa, horrida, plena cruciatu. De his ita cenleo.

§. 4. Nulla lege civili mala vlla praecipi, aut defendi possunt; Etiam si pseudopolitici iacent id Reipublicae necessarium esse. Ita lex civilis mala vel prohibet, vel de eo nihil praecipit, sed omnino dissimulat. Itaque Machiavelius rempublicam perdit, dum ad eius tutelam scelera ad virtutum consortium, velut vitia admittit. Leges iniustas multas esse asserit Syluester. Verbo Lex. §. 10.

Primo illa, quae concedunt filium germani unius posse copulare matrimonium cum filia alterius germani: ut in st. de rap. §. inter eas. & C. de nup. l. nemini. quia secundum Deum tales debent penitus separari de consanguineo & affini. non debet. & 35. q. 3. progeniem.

Secundo illa, quae dicunt puellam raptam non posse contrahere matrimonium cum suo raptore. C. de ra. Virg. l. vnica. quia hodie secundum Canones potest. de rap. c. si licet secundum antiquos Canones non posset.

Tertio illa, quae concedunt homini soluto tenere mulierem solutam in concubinam: ut in auth. quib. mo. nat. eff. sui. §. si quis. quia secundum Deum etiam simplex fornicatio est peccatum, & excludit a regno Dei. 1. Cor. 6.

Quarto

gem scripturunt.

Magna cura legum ferendarum penes Romanos.

In imperio lex sine scriptis non pro mulganda.

Actuum varietas.

Omnium legum inanis est censura, nisi divina legum imaginem gerant.

Scriptio non est de essentia legis.

Litera legis scriptae nomen.

Nulla memoria omnibus legibus sufficit.

Deum secuta gentes; & leges civiles scriptis mandarunt.

Quarto ille, quæ concedunt viro occidere adulterum vxoris deprehensum in adulterio, si est persona vilis, & cui non debeat reuerentia. ff. de adul. l. marito. la. 1. & l. si adulterium. & C. de adul. l. Gracchus. hodie autem iure nouo non solum deprehensum in adulterio, sed etiam vbique post trinum denuntiationem potest occidere: vt in auth. vt liceat matri & auia. §. pen. & ult. & quæ concedunt patri habenti filiam in sua potestate, occidere adulterum filie in domo sua, vel generi fornicantem, & ipsam filiam. ff. de adul. l. pater. & l. non in ea. & etiam inuentum in rebus veneris, per l. quod ait. ff. de adul. quæ secundum glossam antecedentia scilicet apparatus, colloquia, locus constitutus, conuiuia, basia, tactus. & idem Bart. & similiter de latrone & populatore agrorum: quia secundum Deum nihil horum licet, secundum illud. Exodi 20. Non occides. de quo etiam vides. Homicidium 1. §. 2. parti. 5.

Quinto, quæ damnant tenentem vxorem deprehensam in adulterio. C. de adul. l. crimen. & l. castitati. quia secundum Deum & iura canonica potest illam tenere sine pena, modo velit ab adulterio recedere. 31. quest. 1. §. obauditur.

Sexto, quæ concedunt in multis casibus repudium vxoris, & dissolutionem matrimonij rite contracti: & maxime in casu qui no. in c. lege. dist. 10. & 27. q. 2. sunt qui dicunt, quia hoc in eisdem c. prohibetur.

Septimo ille, quæ vxorem nubentem intra tempus luctus mariti. i. vnius anni, damnant infamia. & multis penis. C. de secun. nupt. l. 1. & 2. quia dicit Apostolus, quod nubat mulier cui vult. de secun. nupt. c. 1. in fin. vbi no. Inno. quod ei remittuntur omnes pene, quæ sunt tantum ad penam ipsius: secus si inde proueniat aliquid ad alios, quod dominus Ant. de Butr. magis ibidem declarat, dicens, quod pene fundata super odio secundarum nuptiarum, vel festinatione transitus sint correctæ: vt in d. c. fin. quia contrahere matrimonium non est odiosum neque prohibitum, sed ab Apostolo permittitur: quæ vero fundantur super favore primi matrimonij, adhuc durant: sicut si mater consequitur aliquid ab intestato, vel ex testamento alicuius filiorum prioris matrimonij: habet solum super eo vsum fructum dum vivit, remanente proprietate apud filios eiusdem matrimonij si extant: quibus non exstantibus consequitur plenum ius: vt l. semina. §. fin. de secun. nupt. Adde quod restant pene posite in fauorem filiorum, & propter culpam matris: sicut lex imponit penam matri, quæ agnouit tutelam filii, & transit ad secunda vota, non petito tutore filio: vt in l. omnem matri. C. ad Tercull.

Octauo ille, quæ filium spurium dicunt non esse alendum, vt sup. Filius. §. 4.

Nono ille, quæ dicunt heredem, si non fecerit inuentarium, teneri ad omnia debita defuncti: cuius contrarium dictum est supra Hæreditas. 3. §. 5.

Decimo ille, quæ in certis casibus dicunt heredem non teneri de maleficio defuncti: quia, vt ibi sup. patet, tenetur ad omnia eius debita etiam ex maleficio in quantum hæreditas sufficit.

Vndecimo ille, quæ volunt relictum in vltima voluntate non valere, nisi habeat septem vel quinque testes. C. de testam. l. si vnus. & l. fin. quia secundum Deum in relictis ad pias causas sufficiunt tres, aut etiam duo testes de testam. cum esses. & c. relatum.

Duodecimo ille, quæ dicunt hominem non teneri ex promissione nudo pacto sine alia iuris solennitate, cum non oritur inde actio. ff. de pactis. l. iuris gentium. quia secundum Deum & Canones mortaliter peccat recedens a pacto. extra, de pact. c. 1. 22. q. 5. iuramenti. cum his quæ ibi not. & idem si promitto vni recipienti pro alio: quia secundum Deum tenetur: non autem secundum leges nisi promissio facta fuerit personæ existenti sub alterius potestate: vt seruo, seu filiofamilias, vel procuratori, seu negotiorum gestori: quia per hos bene acquiritur patri & domino. Infit. per quas per so. nob. acqui. obli. per totum. & ff. & C. de procu. & de neg. gest.

Decimo tertio ille, quæ inter ementes & vendentes concedunt vel permittunt deceptionem, iuxta dicta supra Empio. 7.

Decimo quarto ille, secundum quos non licet emere seu vendere iura & actiones, quæ quis habet contra alium pro mi-

noris pretio quam sit debitum principale: aliter non valet emptio, nec peti potest, nisi vsque ad id, quod solutum est, nec etiam possunt talia iura pro parte vendi, & pro parte donari. C. man. per diuersas. & l. ab Anastasio. sed secundum Deum talis emptio licet, modo non fiat in fraudem vsurarum: sed propter interesse, aut laborem, qui ferri an erit in re habendo, seu quia dubitatur ne debitor fugiat, aut veniat ad paupertatem. Sed de hoc vide infra Vsuræ 2. §. 1.

Decimo quinto ille, secundum quas possessor mala fidei longissimo tempore, id est, 30. vel 40. ann. prescribit: quia hoc est falsum secundum iura canonica. extra, de regul. iur. cap. possessor. lib. 6. vide infra Prescriptio.

Decimo sexto ille, quæ maleficia cogitationum regulariter non puniunt. ff. de pen. l. cogitationis. quia omnis mala cogitatio vel à Deo, vel per penitentiam punienda est. 33. quest. 2. omnis.

Decimo septimo ille, quæ licet puniant magos & veneficos, tamen qui hac fecerint contra imbres, ventos, & grandines, secundum eas praminatur. C. de male. l. eorum. quia secundum Deum talia etiam sic facere est grauissimum peccatum, vt probat S. Th. 2. 2. q. 96.

Decimo octauo ille, secundum quas licitum est in causa sanguinis corrumpere accusatorem. ff. de prauari. l. fin. quia hoc secundum Deum non licet. 2. 2. q. 69.

Decimo nono ille, quæ vsuras permittunt, sed hodie etiam per leges omnes abrogata sunt, vt infra Vsuræ §. 1. q. 1. sicut quæ puniebant mulierem in lupanari: vt dicit S. Thom. Verum multo plures esse iniquas in omni rerum genere facile esset ostendere, & harum quædam exculari posse videntur.

§. 5. Leges ciuiles præcipue quidem circa iustitiam versantur, sed tamen omnium etiam aliarum materiam complexæ sunt. Spectant enim illæ præcipue bonum publicum, & humanam in ciuitate concordiam, & felicitatem, ad quam imprimis necessaria est iustitia. Augustinus l. 2. de ciuit. c. 27. Cum autem Scipid in secundi libri sine dixisset, vt in iudib. ac tibijs atque cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem aures erudite ferre non possunt, isque concentus ex dissimillarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens: sic ex summis, & medijs, & infimis interiectis ordinibus vt sonis, moderata ratione ciuitatem consensu dissimillarum concinere: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam: arctissimam atque optimam omni in republica vinculum incolunitatis, eamque sine iustitia nullo pacto esse posse. Alias vero etiam virtutes lex firmat, & communit, vitiaque excludit. Arist. lib. 5. Ethic. c. 1. Præcipit autem lex vni sortis muneribus fungi iuber, vt loci atq. ordinis in actie tenere, neq. fugere, neq. arma abicere: & temperantis, vt non adulterari, neque cuiquam stuprum inferre: & lenis ac mansueti, vt neminem verberare, neque cuiquam maledicere. Itemque in ceteris virtutibus ac vitijs, partim iubendo, partim vetando, recte quidem ea lex, quæ recte ac salutariter: perperam autem, quæ negligenter & inconsiderate lata est. Ratio autem firmissima sumitur ex fine, nam legis institutum est, felices facere ciues suos, quod alia ratione fieri non potest, quam omnium virtutum obseruatione, vt libro secundo, & tertio demonstratum est. Deinde hoc ostendunt tot leges bellicæ, sumptuariæ, aliaque ad publicam spectantes vtilitatem. Itaque nullius virtutis actus est, qui non aliquando imperari lege latâ possit, omnia etiam peccata prohibere lex ciuilis potest. sed quia communitati se accommodat, in quâ non omnia possunt puniri, ideoque nec omnia etiam conuenit prohiberi, ideo quædam dissimulat, non approbando, sed quia humana potestas hominum vitis impar est. Naturali tamen, & diuinâ lege omnia prohibentur, quia Deus & cognoscere, & viciisci omnia potest.

§. 6. Non est materia legis ciuilis, quælibet determinatio bonorum operum, neque enim lex ciuilis

A a ardua

Lex non circa solam iustitiam versatur.

Finis legis beatos facere.

Lex multa impunita dimittit.

ardua ieiunia, aut perpetuam castimoniam præcipere potest. Legis tamen per accidens potest obiectum esse. Ut cum ea præcipiuntur, quæ eiusdemmodi opera expōcunt, aut sine illis effici non possunt.

CAPVT V.

Legislator magistratus est aut tota Respublica.

Supremum
numen leges
condere po-
test.

§. 1. **N**EMINI vnquam in mentem venit dubitare, diuinam maiestatem cui summum ius est in omnes creaturas, posse arbitrio suo leges condere. Cuius enim est potentia creandi, eiusdem est gubernationis tota iurisdicção. Ecce enim *Deus excelsus, & non est similis illi in legislatoribus.* Job. 35. 22. Eius etiam in lege ferenda summa est bonitas, de qua Propheta cecinit; *Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.* Eius legem omnes venerari, nemo iudicare debet. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex. Vnus est legislator, & iudex qui potest perdere, & liberare. Iacob. 4. 11.

Lex Dei a
rebus.

Legislatores
finxerūt le-
gum aucto-
res deos.

§. 2. Hominum plerique qui legibus primo re- publicas fundarunt, vel leges à Deo acceperunt, vel accepisse mentiti sunt. Abrahā, Moyses diuinis colloquiis, & oraculis moniti leges posteris dederunt. Eorum emulatione, præfici *populū* in iustitia religionis fictione, vel ad verum Deum, vel numina commentitia inuentionem legum nouarum retulerunt.

Hieroboam nouum regnum superstitione fundare coratus est. Numa Agerie nocturnos congressus simulauit. Plutarch in Numa. Hal. car. Val. l. 1. c. 2. Lycurgus eadem arte Spartanis, & Cretensibus imposuit; Lacedæmone legum auctorem finxit Apollinem, in Creta vero Iouem. Nec aliter Minos, qui successu noui cuiusq; anni in speiū, Iouis se admonitu erudiri simulabat. Nec vetera referre necesse est, Mahometi potentiam superstitionis effecit, quā domestico sanguine, & gentium interitu aluit. Verum libro de religione docui, fraudes illas semper male cessisse. Zoroastres qui Oromasden legum auctorem prætulit, interlicem se legislatorem fuisse expertus est. Trismegistus Mercurium leges dare Aegyptiis persuasit, & sane leuissimum fuisse dæmonem, qui tanta mala iussit, & tam ridicula, est credibile. Quin & Zamolxis Vestæ leges quas Schytis dedit, acceptas retulit. Carthaginenses Saturnum; Athenienses cultissimi populi Minervam legum suarum auctorem iactabant magis, quam credebant. Itaque rem diuinam esse arbitrabantur legem ferre hominibus. Cum n. homines natura sint liberi, nullus si primordia nascendi, viuendique spectes, alteri est obnoxius, cum sint etiam libertatis, & iuris sui tenaces, difficile sanè & prope tyrannicum videbatur suas cuiquam leges impingere, & parem in pares exercere potestatem, ideoque legum auctoritatem in sanctiorem aliquam, diuiniorumque naturam referebant. Verum rectius fecissent, si Reipublicæ necessarios magistratus, & quod ei consecratum est, legum condendarum potestatem magistratibus concessam esse docuissent. Nam superstitione illa cum diuturna esse non possit, nec omnes ex æquo teneat, etiam veræ legislatorum auctoritati existimationem detrahit. Omne simulatum cum patet, bis nocet contempto.

Reipublica
per commenta
non consu-
litur.

Privatus le-
gem ferre
non potest.

§. 3. Legum conditor non potest esse priuatus, sed opus est ut sit vel vniuersa Respublica, vel magistratus. Proprium nunc est magistratus. Nemo enim legibus suis obligare quenquam, nisi subditum potest. Ad imperandum enim requiritur dominium politicum seu civile. Requiritur etiam potestas coercendi, & poenis sanciendo legis obseruationem, quæ non po-

test esse in priuato. Sine iurisdicçãoe strictè sumpta esse potest, legem enim ferre potest, quamquam iudicandi potestate quispiam careat, & iudicare potest qui leges condendi potestate careat.

§. 4. Potestas leges condendi natura est in ipsa re- publica, seu hominum multitudine, non vno quopiam; nam iam dudum est explosa Canonistarum quorundam opinio, qui naturam hanc potestatem supremo principi, & successori tribuerunt. Ipsa igitur Respublica ius suæ gubernationis, & legum tantum habet, si naturam spectes, ideoque condere leges, & magistratum sibi potest præficere, in eum etiam conferre potestatem legum condendarum. Ita S. Thom. 1. 2. q. 90. art. 3. & q. 97. art. 3. Molin. T. 1. inst. tra. 2. d. 12. 22. Bellarmin. T. 1. l. 3. de laicis.

Natura est
in ipsa re-
publica ius
condendarum
legum.

Ratio perspicua hoc demonstrat, nulli enim vni hoc conuenire potest, ut multitudinis curam suscipiat, nullus in alium habet potestatem, nisi aliena voluntate, vel delicto. Nec ineffectui, aut primogenitura, aut iuri patrio potestas illa debetur. In ipsa tamen Respublica est, quia sine legibus & ordine iuris regi non potest. Nihil certius, si titulum secundum l. 1. 7. legas, nam leges à populo primum factas, deinde ad senatum esse de latam eam potestatem, demum ad Cæsarem. Necessarium itaque, nobis videtur ipsius iuris originem, atque processum demonstrare.

Populus pri-
mo dominus
legis regis
Cæsari com-
missi pote-
statem.

1. Et quidem initio ciuitatis nostra populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit, omniaque manu à regibus gubernabantur.

2. Postea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipsum Romulum traxit populū in triginta partes diuisisse, quas partes Curias appellauit: propterea quod tunc reipublica curiam per sententias partium earum expediebat. Et ita leges quasdam & ipso curiatis ad populum tulit. Tulerunt & sequentes reges quæ omnes conscriptæ extant in libro sexti Papirij: qui fuit il- lus temporibus, quibus superbus Demaratus Corinthi filius, ex principalibus viris. Is liber, ut diximus, appellatur ius civile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit: sed quod leges sine ordine latis in vnum composuit.

3. Exactis deinde regibus, lege Tribunitia omnes leges hæc exoleuerunt: iterumque caput populus Romanus incerto magis iure, & consuetudine aliquid per latam legem: idque prope viginti annis passus est.

4. Postea ne diutius hoc fieret: placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, & ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas eboras per scriptas pro Rostris composuerunt, ut possent leges apertius percipi. datumque est eis ius eo anno in ciuitate summum: uti leges & corrigerent, si opus esset & interpretarentur: neque promouatio ab eis sicut à reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animaduertentes aliquid deesse istis primis legibus: itaque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt. & ita ex accidentia appellata sunt leges duodecim tabularum: quarum ferendarum auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exulantem in Italia, quidam retulerunt.

5. His legibus latis, cepit, ut naturaliter euenire solet, ut interpretatio desideraret prudentium auctoritate necessariam esse disputationem fori. Hæc disputatio, & hoc ius, quod sine scripto venit, compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cetera partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus cæteris partibus: sed communi nomine appellatur ius civile.

6. Deinde ex his legibus, eodem tempore feræ, actiones composita sunt: quibus inter se homines disceptarent. quas actiones ne populus, prout vellet institueret: certas solennesque esse voluerunt. & appellatur hæc pars iuris, legis actiones, id est, legitime actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata, ut leges duodecim tabularum: ex his fluere cepit ius civile: ex istis legis actiones composita sunt. Omnium tamen harum & interpretandi scientia, & actiones, apud collegium Pontificum erant: ex quibus constituebatur, quis quoquo anno præesset priuatis. & ferè populus annis prope centum hac consuetudine vsus est.

7. Post-

7. Postea cum Appius Claudius proposuisset & ad formam redegeret has actiones: Gnaeus Flavius scriba eius Libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret, & senator, & edilis curulis. hic liber, qui actiones continet, appellatur ius civile Flavianum: sicut ille, ius civile Papirianum. nam nec Gnaeus Flavius de suo quicquam adiecit libro. Augescente ciuitate, quia deerant quaedam genera agendi, non post multum temporis spatium Sextus Aelius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.

8. Deinde cum esset in ciuitate lex duodecim tabularum, & ius civile: essent & legis actiones: euenit, ut plebs in discordiam cum patribus perueniret, & secederet, sibiq; iura constitueret quae iura plebscitā vocantur. mox cum renouata est plebs: quia multa discordia nascebantur de his plebscitis, pro legibus placuit & ea obseruari lege Hortensia & ita factum est, ut inter plebs scita, & legem species constituendi interessent: potestas autem eadem esset.

9. Deinde, quia difficile plebs conuenire cepit, populus certe multo difficilior in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam reipublicae ad senatum deduxit. Ita cepit senatus se interponere: & quicquid constituisset, obseruabatur. idq; ius appellabatur senatus consultum.

10. Eodem tempore & magistratus iura reddebant: & ut scirent ciues quod ius de quaqua re quisque diciturus esset: seque praeueniret: edicta proponebant. quae edicta praeorum, ius honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore praeoris venerat.

11. Nouissime, sicut ad pauciores iuris constituendi via transisse ipsis rebus dictis antibus videbatur: per partes euenit, ut necesse esset reipublicae per vnum consuli. nam senatus non perinde omnes prouincias probe gerere poterat. Igitur constituto principi, datum est ei ius, ut quod constitueret, ratum esset.

12. Ita in ciuitate nostra, aut iure, id est lege constituitur: aut est proprium ius civile, quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit: aut sunt Legis actiones, quae formam agendi continent: aut Plebscitum, quod sine auctoritate patrum est constitutum: aut est magistratum Edictum, Vnde Ius honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum senatus constituente inducitur sine lege: aut est Principis constitutio, id est, ut quod ipse princeps constituit, pro lege seruetur.

§. 5. Omnium regnorum est illa consuetudo, ut princeps supremus leges nouas condere, veteres abrogare possit: Non tamē est ad supremam iurisdictionem necessearium, aliud n. est praeceptum, gubernatio, coerectio, aliud lex. Itaque, quamquam ita fieri soleat, & aliter recte fieri vix possit, non sunt perpetuo coniuncta suprema potestas, & legum condendarum facultas. Gubernare enim Rempublicam, coercere improbos secundum leges olim latas poterit magistratus. Potest enim Respublica cum regem eligit, vel acceptat sibi maximum hoc ius retinere, ne leges nouas ille condant, neu veteres antiquet. Imo vero multi regum in leges iurant, cum diadema accipiunt; itaque ad quas seruandas iureiurando sese altringunt, eas abrogare non possunt. si igitur princeps obligari potest, ne leges veteres violet, vel abroget, quis dubitet eundem altringi posse, ne nouas imponat? Nam haud minus est in nouarum legum conditu, quam in veterum abolitione periculum: cum quia omnia noua multis molesta sunt, tum quia noua lege, in Republica, quae multas leges habet, ordinarie alicui veterum derogatur: Quod adeo uisatum fuit, ut in omnibus legum sanctionibus poneretur, essetque, ut vocat Cicero, Tralatitium, quod ē veteribus legibus in nouas transferretur. Cicero l. 3. epist. ad Attic. 23. Alterum caput est tralatitium, de impunitate, si quid contra alias leges eius legis ergo factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & a quo sit inculcatum, vide, scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset, nec per senatum, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum, quae abrogarentur. nā si id ef-

set, nulla ferē abrogari posset. neque enim vlla est, quae non ipsa se sepiat difficultate abrogationis, sed cum lex abrogatur, illud ipsum abrogaretur, quo modo eam abrogari oporteat. Hoc cum reuera ita sit, octo nostri tribuni pl. caput posuerunt hoc: Si quid in hac rogatione scriptum est, quod per leges, plebsque scita: hoc est, quod per legem Clodium, promulgare, abrogare, erogare, S. F. sua non liceat, non licuerit: Quod ei, qui promulgauit, abrogauit, derogauit, ob eam rem poena, multaue sit, E. H. L. N. R.

Itaque in potestate Reipublicae principem constituentis positum fuerit, legum condendarum, aut nō condendarum potestatem principi facere, aut eam facultatem moderari, ut quasdam sinatur, quasdam prohibeatur condere. Atque omnino temperatam esse eam potentiam oportet, nec sine consensu aliorum, aut maturo consilio. Nunquam enim desunt, qui nouis legibus priuata commoda augere desiderant.

§. 6. Quia tamen in singulos dies nouae contrauerſiae emergunt, & propter continuos motus crebro fit, ut quae initio salutares fuere leges, aliquo casu noxiae reddantur, tollendaeque sint, factum est, ut omnes penē Reipublicae principibus, aut senatoribus ius illud tribuerint. Itaque Monarchica potestas, siue Augusta sit, siue Regia, siue quocūq; alio nomine dicatur, modo absoluta sit, condendarū, explicandarū, abrogandarum legum ius auctoritatemque in Rep. bene constituta obtinebit. Imperatori enim & Regi ipsas leges Respublica subijcit, dum eum quasi animatam legem accepit. Hinc & potestas priuilegiorum dandorum concessa est principi, quae semper legi communi derogatur. Omnes sanē principes, etiam non supremi, ea lege vtuntur. Nam quis ex Germaniae proceribus non interdum remittit poenam legibus imperatoris debitam? quis non mitigat? Quin etiam interdum, cum alicuius delicti atrocitas in facinore ita postulat, exasperat. At hoc non posset, nisi legis ipsius temperandae potestatem haberet. Itaque cum principatum dedit Respublica iuxta leges administrandum, censeretur etiam miserendi facultatem dedisse. Optime hac de re censuit Joannes de Salas disp. 7. de leg. sect. 3. Dico quinto, aliqui proculdubio fuerunt specialiter a Deo constituti Reges ac Principes cum legislatiua potestate, quae nisi accipitur semper intelligitur concedi Regibus, & Principibus. Patet de Saule, & David, quos Deus reges constituit, licet Samuel vixerit, & populus eos acceptauerit: Moysi autem, & Iosue, & quibusdam alijs iudicibus, & ducibus, licet Deus concesserit potestatem iudiciariam, & ducalem, nescio an Deus dederit aliquibus eorum (ut Moysi & Iosue) potestatem legislatiuam: quam alios iudices non habuisse certum mihi est: quia non erant duces, nec imperare quidquam poterant, nisi in ordine ad iudicia & sententias ferendas.

Non igitur sentiendum est, cum aliquis hominum cœtus in vnum conuenit, principemque sibi deligit, quasi naturali ductu, & sequela etiam legum ferendarum potestatem illi collatam a Deo; sed tantum ipsi communitati per modum proprietatis naturam consequentis datur, nam constituto illo corpore, naturaliter iuris, & legum necessitas, adeoque potestas exurgit, & principi pro voluntate reipublicae, & vſu communicatur.

§. 7. Hac potestas a nullo cœtu, sine iniuria potestatis aufertur, nisi causam cœtus ipse dederit. Nam quemadmodum homo ratione vtens est naturaliter liber, nec in seruitutem sine plagij crimine trahi potest, ita neque corpus hoc politicum suo iure priuari potest. Tanto itaque detestabilior est tyrannus plagiarior, quanto plures nefarie opprimit. Exui tamen suo iure ob delictum potest Respublica, si iure abutatur, si vicinis incurſet, si ius reddere petentibus recuset. Quemadmodum in priuato quolibet abusus libertatis ple-

id est, sine fraude.

Eius hac lege nihil derogatur.

In omni re publ. bene constituta magistratus habet ferendarum legum potestatem.

Omnes principes temperare leges possunt.

Cœtus conſequitur legum necessitas.

Cœtus sine culpa non potest auferri legum condendarum potestatem.

tis plebitur seruitute. Publicus enim libertatis abusus est priuato nocentior.

§. 8. Potestas legem condendi, omnisque ciuilis iurisdicção, & regimen, quod vel multitudinis pars, vel vnus aliquis in multitudinem obinet, ab ipsa communitate manat: nec aliter iusta esse potest, nisi in bello capris. Cum enim à Deo, adeoque natura sit in cetera illa potestas, non in singulis, non in certo hominum genere, non potest vel ad vnum, vel certos sine aliorum voluntate deuenire. Nam de regibus à Deo per reuelationem constitutis non ago.

Nec modo primus regum à populo diadema accipit, sed omnes etiam successores, cum succedendi ius populus donauit.

§. 9. Nulla lex ciuilis vniuersum orbem obligare potest, quia nemo est vniuersi dominus. Fallitur igitur Barth. I. hostes. de captiuis, dum hæreseos eum condemnat, qui negat Imperatorem esse orbis dominum, nisi forte de Romano orbe eum quispiam velit interpretari. quanquam ne sic quidem hæresin vocari velim. Idem tamen Panormitanus, 2. par. conf. 6. n. 2. Paulus Castrensis, alique arbitrantur. Verum id falsum esse docent plurimi, & ipsa historia; & Geographia, non enim vel decimam orbis partem vnquam Romanus obtinuit, etiam cum Ephraten transiuit, & à Parthis signa recepit. Neque omnibus Christianis ciuiles leges ponere Imperator Christianus potest, quamuis enim sit supremum caput Reipublicæ in temporali gubernatione, & maximo honore inter reges habeatur, non est tamen regum Dominus.

§. 10. Quemadmodum supremis gubernatoribus non est data maior legum condendarum potestas, quam lege regia, hoc est Reipublicæ consensu sit data; ita principibus, aliisque sub rege constitutis non est alia potestas, nisi permissu supremi principis, quæ in Germania Electoribus, aliisque ampla est, in Hispania restricta, nemo enim præter regem leges ferre potest, nisi speciali priuilegio illi concessum sit: causa diuersi iuris est, principum minus dependens iurisdicção.

§. 11. Legum condendarum, abrogandarumque potestas, inter capita maiestatis primarium merito censetur. Cui enim facultas illa concessa est, ille ius maiestatis obinet, cui deest, non censetur habere ius maiestatis. Merito sane, nam legum condendarum potestas illa est, vt facile totam rempublicam commutare possit, atque in aliam transferre, quod callidissime fecit Augustus, nomina magistratuum, & cærimonias vsurpando, ius, & potentiam ad se trahendo. Ita breui ex præsidibus, & liberis magistratibus, facta sunt purpurata mancipia.

CAPVT VI.

Finem legis esse facere viros & ciues pariter bonos.

In paruis in iustos se dicunt, vt iusti in magnis esse possint.

Legis finis & media honestas sit.

§. 1. **F**OEDA est pariter, & perniciofa Reipublicæ, vetusta tamen opinio: Rempublicam sine aliqua iniustitia administrari non posse. Hæc enim leges admittit iniquas, imo postulat, nec finem habet illum, vt ciues faciat bonos, sed vtilitatem aliquam, falsa eius specie captus legislator spectat, facturus etiam, iustitiamque detestanda scelera, si vtilia fore viderentur. Quanto melius Plato, Legem esse gubernandirationem, normamque veram definit, quæ per convenientem viam ad optimum nos deducit, transgredienti penam, parenti præmium præfigit? A summo bono enim est lex, & ad summum bonum tendit, ducitque & trahit. Finis eius est iustitia, ipsa opus est Reipublicæ, institutrix est, & ad optimum directrix.

Finem eum egregie Cicero exposuit l. 2. de legib. Constat profecto ad salutem ciuium, ciuitatumque, incolumitatem, vitamque omnium quietam, & beatam, conditas esse leges: eosque, qui primum eiusmodi scita sauerunt, populus ostendisse, ea se scripturos, atque laturos, quibus illi adscriptis, susceptis, honeste, beatè, viuerent: quæque ita composita, sancta, essent, eas leges videl. nominarunt. Ex quo intelligi par est, eos, qui perniciofa, & iniusta populus iussa descriperunt, cum contra fecerint, quam polliciti, profectusque sint, quiduis potius tulisse, quam leges: vt perspicuum esse possit, in ipso nomine legis interpretando inesse vim, & sententiam iusti, & iuris colendi.

Optime etiam Plutarchus; In ciuitate, quedam ad honestatem, quedam ad necessitatem pertinere; Honestorum summum esse, & primum τὸν εὖ νομοποιῶν. Necessariorum τὸν εὖ ποιεῖν, affluentiam; qui cum legem esse honestorum definit, perspicue iudicat, leges iniquas, praua iubentes, virtuti quocunque modo aduersas, tam sancto titulo nequaquam se dignari. Cum enim lex sit vinculum ciuitatis, fundamentum libertatis, fons æquitatis, cum mens, animus, consilium, sententia, mores ciuitatis in legibus siti sunt, non potest alium finem habere, quam optimum, quo vniuersitas ipsa gubernatur. Optima igitur leges censenda sunt, quæ non opibus maxime homines cumulent, sed quæ morum humanitate, & rerum ciuilium prudentia, quam instructissimis efficiant. Diod. Sicul. l. 1. hist.

§. 2. In legibus itaque ferendis magnopere curandum est, vt non circa vitæ instrumenta, sed ipsam totam vitam occupentur; Legislator n. viuendi artifex est; & quamquam singularem actiones complectatur, ad virtutem tamen & illa diriguntur. Ipsi initijs errorem ponit, qui putat legem tantum terrestres operas promittere, altius spirant, Dei sunt munus. Quæ admodum medicina sanitatis est causa cõstituta, nec aliter laudatur, quam si multiplicem scientiæ, herbarumque varietatem ad firmam, restaurandamque corpora adhibeat. Quis enim medicum sentiat, omnia quidem recte constituentem, sed tamen de sanitate nequaquam sollicitum? Legislator itaque rationem tradet, qua in quaque re omnes officiorum numeros facile ciues exequantur. Leges ciuitatem muniunt, securitatem, tranquillitatemque tuentur, sed quæ primario totam vitam contineant. Nam media illa, huc adiaphora, nemo recte faciet, nisi habeat, quo relectat. Prima igitur fundamenta iustitiæ iacienda sunt, & insinuanda virtus. Seneca epist. 95. Proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne scitum nostrum dictumque respiciat: veluti nauigantibus ad aliquod sidus dirigendus est cursus. Vita sine proposito, vaga est. Quod si vtiq; proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta. Illud, puto, concedes, nihil esse turpius dubio, & incerto ac timido, pedem modo referente, modo producente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis: nisi eximamur, quæ reprehendunt animos ac detinent, & conari totos vetant.

§. 3. Non semper efficiunt bonos ciues, etiam optima leges. Ita plane est; Non semper ad actiones rectas præcepta perducunt, sed cum obsequens ingenium est, aliquando frustra adhibentur, si animum opinionibus oblidet prauæ. Conandum est tamen Legislatori, & tota mole legum conandum; quamquam enim multa præclare, prudenter, sanctèque constituat, si aliqua parte tamen in vitium impingat, totus impetus eo voluetur, qua prouum est. Quanquam enim multa non recte fieri cernat, teneat tamen manu regulam, ad quam distorta, & eminula exigantur, vt quamuis non corrigantur, censuram tamen suam videant, cuius timore, vel sane verecundia percellantur. Multi leges violant, inquis; Bonis patriæ institutis validiora sunt vitia. Vetus hæc querela est. Natura in vitium propendet genus humanum, Et quotus quisque extoto se honesto addicit? quotus quisque bonis legibus obstancia dimouet? Sed nitendum est tamen in contra-

In ipsa lege ratio iusti est.

Honestas & opes Reipub. nerui.

Optimam legum effectus proprius boni moris.

Leges vitæ non tantum administrant viuendi spectant.

Legislator medicus.

Omnis vitæ finem respiciat.

Ad finem recta vadit, est non assuetatur legislator.

Præuitas facile trahit, quia in decline.

Cum metu peccare, est emendatum.

contrarium, ut si peccata tolli non possunt, furor tamen, & cursus peccandi sufflaminetur; sic enim nonnulli seruabuntur, & qui perituri sunt lentius cadent. Medicina inter tot funera propofitum tenet. Nunc plus negotij habet, per luxuriam corruptis corporibus, contra morbos tamen luctatur. nec eum quem depositum, & conclamatū pene videt, continuo defert, sed fugientem vitā arte tenet, cruciatus mitigat; Quid nū hoc videtur princeps? Quid nū hoc agat omnibus viribus, ut quibus perfectam virtutem persuadere non potest, quos ab animi morbis liberare prohibet ipsorum contumacia, eorum saltē mala leuare conetur? Minuere magnos febrium insultus artis est.

Legislator curat, non modo ne peccetur, sed etiam ut minus peccetur.

Leges moribus accommodanda.

§. 4. Fine constituto cetera succedent ex animi sententia. Quorum caput est: ut media, seu rationes ad finem sint accommodatae. Deben enim ut calcei pedibus, frenū equo, sic leges esse accommodatae moribus: Hoc est: Gentis & regionis indoli: Medicina cū praestantia pharmaca parauit, ante omnia constitutionē, temperaturamq; languentis explorat, ne vel valentiore eā potione praecipitet, vel diluore nō moueat.

Duo tamen potissimum hac in re spectantur; primum indoles ipsorum hominum. Deinde progressus, & incrementa virtutum, & vitiōrum.

Ingenium populi considerabit. An durum, flexile, superbū, humile, laboriosum, iners, frugi, luxuriosum, leue, constans, iracundum, placidū. Hic magna prudentia, & pene diuina opus est, ut sit *ὁ νόμος καὶ ὁ νόμος* πρὸς τὸν νόμον, lex ad mores accommodata, praecipua ad actiones idonea. Non hoc volo, vt lex sit regula Lesbia, & vitiis, quae subuerrere debuit, sese acclinet, aut propensiones hominum quibus cohibendis fertur, incitet; sic enim in limine aberraret. sed vt vnamquamq; gentem secundum eius mores, opiniones, affectiones ad virtutem ducat. Hoc nisi teneat, funditus euertit Rē publ. Ratio ipsa docet. Asiatici, Aegyptii, Arabes ferule genus, durissimum imperio reguntur, quia libertatem terre non possunt; sed in mutua exitia conuerterent. Helueti moderata aequalitate gaudent, in eaq; persistunt, nisi quod patrum memoria Zvingliana supersticio classicū canente auctore, quosdam in cognatum sanguine efferauit. Itali media libertate gaudent, & cum pares esse videntur, superiores esse conantur; quōcirca moderato principatu, & legibus mitioribus efflorescunt. Quidā populi id probant, quod alii ferre nō possunt. Ex adiphoris cuiq; imperandū, quod conuenit. Heluetio vt nunquam nisi gladio cinctus in publicum proceat, recte imperatur, belli enim quoddam rudimentū est, gladii decora gestatio, quae ne frustra sit, ad exercitationem etiam, belliq; meditationem animat. Italo, aut Ibero, quia *ὁ νόμος* sunt, & *ὁ νόμος*, feruida nationes, ne pugionem quidem permittet. Celeriter enim in caedes ferentur. Athenis male consuluit, qui populum leuissimum liberū esse voluit, bene Lacedaemoniis; erant enim temperiores. Germanis ciuitatibus libertas aequis legibus stabilita magna rerum incrementa contulit. Belgium per inducias liberrimum perpetuis seditionibus agitur; quia mores eius non nisi sub vno principe componuntur.

Alterum est virtutum, & vitiōrum progressū considerando artificium. In virtute quidem quo magis profecerunt, eo facilius reguntur; quia facilius via tenetur cum prope terminum est. In emendatione vitiōrum summa est difficultas; tum quia pertinaciter inhaerent, & delectant; tum quia omnis correctio mutationem habet adiunctam, quae semper odiosa est. Quō vero latius illa regnant, & pericula intentat, eo plura auxiliorū genera circūspicienda sunt. Cum inexplicabiles morbi sunt, & multiformes, multis quoq; obseruationibus, & rerum generib; armandus est medicus. Nec vno impetu malos humores depel-

Lenta ingemina excitanda, ignea leniter habenda.

Exitio est alijs, quod ceteris salutis.

Prope vrbis tritior via.

Magna mala sensim erantur.

let, sed sensim detrahet, ne & partē sinceram trahat. Tantum seueritatis addendum legibus suadent, quātum vitia creuerunt. Insigne hoc axioma est; sed restringendum est: Cum scil. paucorum vitia creuerunt; nam si omnium inualuerunt, mollius curanda sunt, ne medicum opprimat. Laboratum est pisco saeculo a Christianis imperatoribus, vt cruenta spectacula, ad quae Romanus turebat orbis, tollerent. Interuenire medio furori pollices conuertentium, ne tutum Imperatori quidē fuerit. Quid igitur faciendum? Primo cauēdum lege; ne priuatus det gladiatores, nisi tātundem precij det in Epulum ciuib; ne vilis se ad gladium vendat. Lanista ne sit numero ciuium, amphitheatri commoditates tollendē, precia in viscerationes, & alia donaria conferenda. Omnibus deniq; modis id agendum vt crudelis illa voluptas multis difficultatibus sepiatur, & in alia animi trahantur; ostensā etiam atrocitate facinoris; deinde comparatis ad honesti respectum mentibus lege lata, illa spectacula penitus vetanda. Atq; haec ita intelligo, cum non est vitiis par potestas imperantis, alioqui seuerō edicto, celeriter tanta immanitas tollenda fuit, quod Imperatores tandem fecerunt. sed de senatu Romano loquor, quē inter tot ambitiones, tribunorū intercessionēs, populi tumultus, nō puto parē tollendo tā inueterato malo fuisse.

Ad hunc igitur modum, si quē ciuitas, aut princeps ēditione sua vitium ebrietatis tollere conetur (conari autem omnes debent, nisi omnium malorum inde nascentium rei esse velint) si quidem pertendere poterunt, ebrietatem vetabunt, & poenam statuent, quā sensim augebunt. Sin autem; primo, legibus sumptuariis modum conuiuiis imponēt, deinde Cauponibus certas leges scribent, & cū ad paucos fuerit redactum hoc vitium, infamia notabunt. Atq; haec de fine legum, & generali ratione ad finem optimum ducente.

§. 5. Non sunt audiendi, qui subtilem, & vāram distinctionem sibi inuenisse videntur, qua licentiam inducant. Legum enim politicarū finem esse volunt, vt bonum ciuem, non vt bonum virum efficiant. In quo viri callidissimi pueriliter labuntur. Sunt enim mali moribus, etiam mali ciues. Qui chim nec vitae suae rationem ducit, nec œconomiam, familiamq; punderter administrat, quomodo bonus ciuis, & Reipublicae utilis fuerit, qui sibi ipsi bonus non est? Sunt mali, quosq; cupiditas transuersum rapit, *ἀδύνατοι* in corpore; Eoq; pestilenciores sunt, q; quadā specie tegunt virus, & ictum dederunt anteq; notarentur. Qui priuatum est malus, publice bonus nunquā erit. Aeschines contra Ctesiph. *ὅτι ἐστὶν κακὸς καὶ ἡ πόλις ἀπὸ τῶν ἰδιωτῶν* *ἐν τῇ πόλει* *ἐν τῇ πόλει*, fieri non solet, vt qui propria perperā administrat, sit in alienis fidus. Minime sane in publicis, quae etiam a gnauiis saepe negliguntur. In hanc sententiā Justin. de concept. digest. & Leo cōst. 19. Cassio. l. 5.

Sunt tamen & alii qui legem vellieant. S. Paul. Rō. 3. legem vocat legem mortis, & c. 4. *iram operari*. & c. 5. Legem subintrasse, vt abundaret delictum. Verum ad praesentem rem hoc argumentum nihil facit; Lex enim nō sua vi, aut efficacia facit, vt virtutē sequi possis; sed eā ostendit, ad eam inuitat praemio, a vitiis deterret propositis poenis. Hinc in impijs delicta grauiora efficiuntur, cum legis occasione tremunt.

CAPVT VII.

Legem communitati impositam esse, & propter commune bonum.

§. 1. AN vni soli lex imponi possit, a iuris peritis quaritur. Ego de nomine disputationē esse arbitror. Nam pleraq; leges publicae sunt; lex aeterna omnes tenet, & *τὰ* de legib. l. iura idem asserunt. Iura non in singulas personas, sed generaliter constituntur. Norma etiā nō vnius rei duntaxat est, sed omnium similitum. Priuato cum lex poni videtur, praecipuum vocant, nō legem.

Aa 3

Seueritas legum cū vitijs crescit.

Modus sensum corrigendi vitia.

In magnis malis tollendis potentia imperantis expendenda fuit.

Occasiones vitiōrum rescindenda.

Malus vir, non est bonus ciuis.

Lex occasio mali in impijs.

Leges pleraeque communes.

legem. Verum ut dixi, de nomine disputatur. Nam siue uni, siue multis lex dicitur, lex eandem obligandi vim obtinet. Si modum hodiernum loquendi spectemus, vii legem eam dicimus; si veterum, etiam eas quæ ad vnum pertinent proprie leges appellabimus. ut lex Clodia de aqua, & igni Ciceroni interdicens. de non recipiendo eo sub recto. Lex Gabinia de imperio belli Pompeio demandando. Gellia, & Cornelia de eodem Pompeio, aliaque innumera, quæ ferebantur, etiam pro reis damnandis, vel absolvendis.

Lex proprie etiam de priuatis fertur

§. 2. Leges omnes ad communem vtilitatem referuntur. Est enim lex commune præceptum ad communem vtilitatem statutum. Adco ut quauis priuato imponatur, ad publicam tamen vtilitatem referatur. Arist. 3. Eth. c. 6. Plato de legib. Plutar. prob. 40. Quamquam n. sit crebro priuati bonum aut malum lege comprehendendum, ex eo tamen Reipubl. sua vtilitas accedat oportet. De illis vero quæ communitati proponuntur, non est dubitandum; non enim publicum bonum ad priuatum, sed hoc ad illud referri debet. Itaque non ad principis commoda, sed totius Reip. respicere debet legislator. Est n. magistratus propter subditos, non illi propter magistratum; sunt n. reges ministri, & pro Reip. pericula subire debent. Ipsa etiam priuilegia, quæ videntur derogare bono communi, & fauere priuatis, ideoque inuidiosa sunt, ad commune bonum tamen alia via refluunt; quia publicitas refert; Bene meritis privilegiis ornari. Priuilegia vero cum fine causa legitima dantur pro ratione rerum nocent Reipublicæ. Nam quædam in honore quodam censentur, ut ius gestandæ coronæ laureæ, cœnandi publicè, quæq; eius generis adinuenit ambitio. Alia ita vni conducunt, ut ceteros grauent, ut immunitas à tributis, vacatio ab armis, ceterisq; oneribus, à quibus cum aliqui eximuntur, reliqui tanto magis grauantur.

Lex de priuato ad publicam vtilitatem dirigenda.

Priuilegia pro communi bono danda sunt.

§. 3. Cum lex publice fertur, quæ quidem non nocet communitati, sed priuato nocet, eoq; animo rogatur, non ut consulatur Reipub. sed ut amulius damnum adteratur, si ea lex vilis sit Reipub. et si in priuatorum cedat damnum, non potest accusari in iustitia, peccat tamen, & magno se periculo legislator exponit, dum malo fine bona prescribit. Sed hic magnarum discordiarum semina iaciuntur, cum pars Reipublicæ clamat non esse iniustum, aliter princeps iudicat.

Prætextu publici boni non est damnum inferendum priuatis.

Nempe priuilegium datur quibusdam Ecclesijs ut habeant ius asyli. quod magna ex parte sublatum est in Gallia, Germania, alijsq; locis. Sed de priuilegio videamus. l. pateant. 4. de ijs qui ad Eccles. confug. l. 9. cod. Theod. t. 45. Lex iubet omnia pro asylo haberi quæ in Ecclesia sunt, vsq; ad fores. Edouard. 2. Angliæ rex ei qui reus ad templum confugisset, exilium post 40. dies & 12. horas indixit. August. Bonifacii comitis quod supplicem ab Ecclesia extraxisset, excommunicauit. Idem Galaf. in eod. crimine fecit. Vltatum ergo hoc priuilegium, ut ad aras, ad Cæsaris statuas confugerent. Sed quod misericordia constituit, licentia in abusum vertit. Primum locis illis ius asyli datum est, ut serui à sacuitia dominorum refugium haberent. Est n. asylum sacri termini, quibus securitas seruus datur. Euryp. in supplicib.

Asylorum licentia.

ἔχει δὲ κατὰ τὴν νόμον, δὴν μὲν ἀπὸ τῶν θεῶν, δὲ τοὺς βίους θεῶν; ἀλλὰ δὲ πρὸς τὸν νόμον.

Habet enim confugium, serua quidem petram, Serui vero aras deorum, Vrbis vero ad vrbein Confugit, tempestate exagitata.

Asylorum incommoda.

Abusus fuit, quem annal. 3. describit Tacit. Sed Tiber. vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui praebebat, postulata provinciarum ad disquisitionem Patrum mittendo. Crebescibat n. Græcas per vrbes licentia, atq; impunitas asyla statuendi. complebantur templa pestibus seruitiorum. Eodem subsidio oblati aduersum creditores, suspectiq; capitulum criminum receptabantur. Nec vllum satis validum imperium erat coercendis seditionib. populi, flagitia hominum ut ceremonias

Priuilegia impii tuentur, ut religionem.

Deū protegentis. Igitur placitū ut mitterent ciuitates iura, atq; legatos. Et quadam q. falso usurpauerant sponte omisere: multa uerū superfluitatib. aut meritis in populum Roman. fidebat. Magna, eius dici species fuit, quo senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, regum et qui ante vim Romanā valuerant decreta, ipsorum Numinum religiones introspexit; libere, ut quodam, quid firmaret mutaret. Primi etiam Ephesi adiere memorantes, nō, ut vulgus crederet, Dianā atq; Apollinē, Delo genitos: esse apud se Conchrium amnē, locum Ortygiā, ubi Latona partu grauidam & olea, quæ tum et maneat, adnissam, e didisse ea numina: Deorumq; monitu sacratum nemus. Atq; ipsum illic Apollinē post interfectos Cyclopes, Iouis iram vitauisse. Max. Liberū patrem bello victorem, supplicib. Amazonū quæ aram infederant, ignouisse. Autam hinc concessu Herculis, cū Lydia potiretur, ceremoniam tēplo: neq; Persarum ditione diminutū ius post Macedonas, dein nos seruauisse. Proximo Magnetes, Lucij Scipionis, & L. Sullæ constitutis nitebantur. quorum ille Antiocho, hic Mithridate, pulsus, fidem atq; virtutem Magnetum decorauere, uti Diana Leucophryne per fugium inuolabile foret. Aphrodisiensis posthac, & Stratonicensis dictatoris Cæsaris ob vetusta in partes merita, & recens D. Augusti decretum attulere. Laudati, quod Parthorum irruptionem, nihil mutata in populū Romanum constantia pertulissent sed Aphrodisiensium ciuitas, Veneris; Stratonicensium, Iouis & Triua religionē tuebantur. Alius Hierocæsarienses exposuere, Persicam apud se Dianā, delubrum rege Cyro dictū. Et memorabatur Peripenna Isaurici, multa; alia imperatorum nomina, qui non modo tēplo, sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprii tribus delubris, quorum vetustissimum Paphia Veneri auctori Aeries post filius eius Amathus Veneri Amathusia, & Ioui Salamino Teucer, Telamonis patris ira profugus posuissent. Audita aliarum quoq; ciuitatum legationes, quorum copia sese patres, & quia studius certabatur, consilium permiscere, ut perspecto iure & si qua iniquitas inuolueretur, rem integram rursum ad senatum referrent. Cōsules super eas ciuitates quas memorauimus apud Pergamum Aesculapii compertum asylum retulerunt: Ceteris obsecris ob vetustatem imitis niti. nam Smyrnaeos oraculum Apollinis cuius imperia Stratonici Veneri templum dicauerint: Tempos eiusdem carmen referre quo sacro Neptuni effigiem, ademque iussu sint. propria Sardanos, Alexandri victoris id domum, neq; minus Milesios Dario rege vti, sed cultus numinum, vtriusq; Dianam aut Apollinem venerandi. petiere & Cretenses simulacro Diui Augusti, factaq; senatus cōsulta quis multo cum honore, modus tamē prescriberetur; iussiq; ipsis in tēplis facere aras sacrandā ad memoriā, neu specie religionis in ambitionem delaberentur. Sed nihil his profectum est, adeo ut Tiber. coactus sit omne ius asylorum abolere: ita Tranq. in t. c. 37. Aboluit & ius, moremque, asylorum, quæ vsquam erant. Sed quo plures, & magis facinorosi eo iure abutebantur, eo pertinacius eos populus defendebat; Athenis ciues, quod tyrannidis affectatores ad aram Minervæ confugientes occidissent, à ciuib. suis interfecti sunt, quod pluri priuilegiatam superstitionem quam libertatem aestimarent. Thucyd. l. 1. Siculi Ducetio patriæ proditori, qui in templum confugerat, pepercere. Tardē igitur concedendū est priuilegium, quod cum summa mala adfert, difficilime abrogatur.

Priuilegium asyli omnibus auferre facilius, quā modum statuere.

§. 4. Oritur etiam & alia difficultas, quod priuilegia ita munita sint, ut ipsa abrogandi difficultate se conspiciant. Non desinunt morte concedentis; saepe illis et renunciare non possunt; quia continent ius alterius, aut magistratus iure iurando obligatur, ne priuilegiis cedant. quædam etiā habent annexum aliud præceptū, ut ipse abdicari nō possint, ut si quis habet potestatem audiendi sacri tēpore interdicti non potest ei renunciare, quia alia lege tenetur audire, quia vero priuilegium fustulit impedimentū, iam lege tenetur. Deinde priuilegia quæ odiosa non sunt, non possunt tolli præscriptione, sed quib. alijs grauantur, contra ea possunt illi præscribere; tempus aut decem annorum proponunt. Terrio, quæ alijs onerosa non sunt, nec vllō modo præiudicant per non vsum in fo-

Difficilius abrogantur priuilegia.

Non facile
amittitur.

Abusus pri-
uilegiorum.

Principat⁹
visfrangi-
tur dū dan-
tur priuile-
gia multa.

Omnis lex
præceptum
habet.

Calumniam
quidam hu-
mana lege
obligari nos
negant.

reuerentia
a Deo est.

ro externo tantum amittitur, non in conscientia, nisi certis in casibus alio modo sit à iure dispositum. Quarto, non amittitur per vsum contrarium, quoad totam facultatē, quā videatur tacite renunciatio. Denique amittitur per abusum, ut dictū est de asylo. sed in his omnib. est difficillimū priuilegiatos, vel corrigere, vel ablato priuilegio ad cōmunem legē reducere.

§.5. Abusus priuilegii multiplex est; 1. cum te ipsa plus sit quam concessum est. Ut cum principi ius datū est scribere militem pro defensione territorij, ipse eos contra vicinos, quibus cū iure conferere pōt, colligit. 2. cum vsum priuilegij vertit in occasionē facinororum, de asylo iure dictum est. Quod et hodie cernimus; illis in vrbib. cædes plurimas fieri vbi asyla homicidis cōstituta sunt; quæ tñ ciues tuetur, adeo vt sine seditio- ne vix tolli possē videantur. 3. Abusus priuilegiorum est maxime vsuatus, qui repugnat priuilegiorum fini. Qualis est hodie in Ecclesiis, vt biennale studiū in Academia absoluat, in quo fere satis est, in Academi- am inscriptum esse, nulla nō et extra vrbē Academi- cam egisse; de studio, moribusq; minima est inquisitio. Simile priuilegium est, vt qui ad Epistol. venerint, cū in Choro canitur, distributiones accipiant, q; in gra- tiam eorum, qui occupati vel serui venire, vel citius exire coguntur. At nunc illius priuilegij abusus ille est, vt ante epist. & post eam in porticu, & templo diuer- sentur, non sine populi Christiani scandalo, ad epist. subito veniant, quasi conducti sint non ad orandum, sed oīa alia tractanda, & irreligiose confabulationis pramium petant. Hisce abusus priuilegia amittuntur. Vere S. Aug. ser. 247. de temp. iudicio legum iure obrepta dignitate deicitur, qui priuilegio sibi concesso abuti- tur. Verum difficulter auferuntur, nec sine cōmotio- ne populi, idcirco caute agendum est, ne dentur; Non est aut difficile sub vmbra priuilegij multo plura agere, quam priuilegij vires ferant. Deniq; ita cenleo; Eum qui multa priuilegia, immunitatēq; concedit, vim & neruos principatus incidere, seditioibus ma- teriā præbere. Cives & subditos cōtra iustitiā ac rem- pub. amare. Cum aut multus sit priuilegiorū abusus, necesse est eū, qui paucis gratificando, multos grauauit, nunc eisdē aut eorū successores graui offendere.

CAPVT VIII.

Effecta legis exposita & officia.

§.1. Prime dictum est à Theophrasto. οὐδ' ἄν τις ἀγαθὸν ἴδῃ, ὃν δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλος, ὃν οὐκ ἔστιν ἄλλος. Boni pauci indigent legib. Causa est, quia se ipsi in plurimis dirigunt, & natura docentur agere ea quæ legib. sunt, plurimis egent ma- li, de quibus recte Seneca; Misera est innocentia, ad legem bonū esse. Bonos dirigit virtus legē præueniens, malos lex à flagitio deterrēt, dirigitq; ad virtutē. Primū itaq; munus est legis dirigere Rep. & omnes in Rep. ciues.

§.2. Alterum officium legis est præcipere. Essentia legis in eo consistit, vt præcipiat, nec enim lex est, nisi præcipiat. Præcipiendo etiam vetat contraria, & cum adiaphora permittit, libertatem in vtramq; partem esse præcipit, & impedimenta vetat.

§.3. Poena ē effectus legis, de qua posterius dicendum est. Vere Modest. l. 7. de legib. Legi virtus, hæc est, imperare, vetare, permittere, punire, & pmo officere. Quæ clara sunt. sed de primario effectū legis agendum est.

§.4. Primarius effectus legis est obligare: de qua Soarez l. 3. multiq; alij, sed nostra tempora eos vide- runt doctores, qui cum humane legis obligationem tollant, omnem ē Repub. ordinem, pacem, magistrat- us auctoritatem magna temeritate conuellunt. De quo nos hunc in modum statuimus.

§.5. Potestatem ferendi leges non modo à Deo ef- fe, sed etiā a pso & immediate à Deo proficisci. Non est enim potestas nisi à Deo. Id vero indicant, tum alij ac- tus, tum vero punitio, quæ est corporum, præcipue mortis, quæ homini non pōt nisi à Deo concessa esse.

Cum vero in vnum corpus politicum homines con- ueniunt, non possunt impedire, quo minus sit illa po- testas inter illos; nam per modum naturalis affectio- nis & proprietatis enascitur. Quisque enim natura sua ad societatem huiusmodi adeundam aptus est; cum vero Respublica constituta est, in eius est pote- state regimen monarchicum, vel aristocraticum, vel populi politiam instituere, atq; ita Respublica à Deo primo & immediate, magistratus ab eā designati, à Deo mediate, à populo immediate potestatem ha- bent, quæ ex natura rei, est tota in communitate pri- mo, & immediate. Quod si tamen regem reuelatio- ne, & iussu suo Deus constituat, aut si legitime aliquā Rempubl. rex quispiam bello subdiderit, potestatem à populo non dicitur habere. A Deo tamen est pote- stas regum etiam aliorum; quia illam vt legitimam approbat, deinde Reipubl. mentem flexit, vt regem eligeret; deniq; quia dum rex constitutus est, iam Dei vices gerit, maior regno suo, & Respublica quæ se illi subiecit, imperat, legesq; scribit. Et digna Imperatore vox est ad milites rebelles. Fuisse in potestate eorum non eligere, nunc cum elegerint, parendum esse.

§.6. Hæc potestas esse potest, & frequentissime est etiam in hominibus iniustis. ita iam olim Ecclesia, & omnia iura contra Viclefsum, & Hussum iudicant.

§.7. Leges ciuiles à Deo auctore, & à fidei magi- stratu dirigi non modo ad temporalem, sed etiam æ- ternam felicitatem, legesq; ciuiles, habere finem Rei- publ. totius, & societatis humane perfectæ, & singu- lorum hominum, vt eius membra sunt, felicitatem.

§.8. Lex ciuilis circa actus externos duntaxat ver- satur; Internæ enim cogitationes, voluntatesq; à solo Deo iudicantur, nec iudici obnoxia sunt seculari; quia natura sua occultæ sunt, ideo nec contra eos ci- tari testes, nec legibus agi potest, multo minus est in legislatore potestas coactiua, vt amare, odisse, crede- re, sperare adigat. Quibus enim fiduculis hominem coges, vt te diligat? Recte igitur statuunt Romanæ leges. Nudam cogitationem non puniendam, si non exierit vo- luntatis cogitationis fines. Ea enim facinora iudices corri- gunt, quorum plenam probationem habent, cogita- tiones illi relinquit, qui scrutatur corda & renes, qui illis præceptum dedit; Non concupisces. Apud iudicem qui conuictus non est, innocens est. Deus autem qui interest cordium actionibus, earū quoq; vindictam minatur; Vt qui cogitat mala in cordibus vestris. c. li quis. 15 q. 1. illicitas. §. veritas, de officio prædicatoris. l. fin. c. de probat. can. cogitatio. & de pœn. dist. 1. & can. si quan- doque 15. quæst. 6. can. si omnia. 6. q. 1.

§.9. Si itaq; cogitationis occultæ suspicio sit iura- mento purgatio instituitur. Host. in can. licet. de reg. iur. Si vero occultæ machinationes eruperint, malitia voluntatis punitur, nō exitus. Voluntas n. cognita, p facto est iudici. Itaq; qui impudicos animos facere nititur, lege tenetur, qui virginē affectatus fuerit, lege corruptoris ac- cerfitur. Exempla producit insignia Pet. Greg. in syn- tagmate iuris. l. 34. c. 12. §. 12. & seq. Scribit Dio Cassius, morti addictos quosdā viros, quod nudi obuiam fuissent Liviae Matri Tiberij Cesaris, quos tamen illa morti, venia eripuit, quod diceret, pudicis mulieribus hos nihil ab statu differre. Apud Vropienfes insulanos sollicitasse ad stuprum, idem quod stuprum commississe est. Et narrat sacra pagina, Pharao- nem multis cladibus, ob attentatam solum Saræ vxoris Abra- hæ pudicitiam, affectum esse. Sicut & Abimelechum regem Gerarorum eadem ob causas. M. Claudius Marcellus adilis curulis, Caio Scantimo Capitolino trib. pleb. diem dixit ad po- pulum, quod filium de stupro appellasset, reusq; vno teste qui tē- tatus erat, damnatus est. Metellus Celer stupro se quoq; mentis punitor, diem dixit Cn. Sergio Silo, quod numos matris familias dedisset: eog, damnatus, nec factum, sed animus in questione deductus est. Gymnicum agona apud Viennenses sublatum à Trebonio Rufino in suo diuinum, illud confirmante Traia- no Imperatore, quod ex hoc modo, & impudico certamine mo-

Corpori po-
litico neces-
saria lex.

Qui libere
eligunt ma-
gistratum,
necessario
parent ele-
cto.

Legum æ-
nium finis
pax, & de-
inde felici-
tas.
Lex ciuilis
externa di-
rigit.

Cogitatio-
num homo
nō est iudex

Machina-
tiones pu-
niantur.

Scelerum
tentamen-
ta pu-
nita sunt.

res Viennensium inficerentur. Et tollenda sunt res, quæ aniam delinquendi dant.

Voluntas igitur quæ sufficientia maleficij signa dedit, punitur iure. Minus tamen, quam illa quæ aulo polita est; quia hæc deliberatior, pertinacior, nocentior in malo fuit. Quia cogitata melior animus corrigere potuit.

Lex qua opus imperat, etiam voluntatem faciendi requirit.

§. 10. Leges civiles cum bona præcipiunt opera, vel mala prohibent, consequenter mentis & voluntatis actum connexum obedientiæ externæ ita obligant, ut non possit repugnare. Lex enim datur, ut hominibus, ut liberis, ut volentes faciant. Cum enim statuit lex imperatoris, ne annulum nisi eques gerat, etiam prohibet, ne quis voluntatem legi contrariam habeat. Illa n. legi repugnat, ideoq; inobediens est.

Lex ignota non obligat.

§. 11. Lex civilis cum sine temporis certo præscripto fertur, statim obligat, si negatiua est, si affirmatiua tum cum executionis præceptum viget. Non tamen in illis locis, ad quæ eius notitia moraliter non potuit peruenire. Neq; enim Imperator Viennæ legem condens, eodem tempore Rhenanos obligare potest: cum nōdum suspicari de lege quicquam possent, est quidem lex, sed non obligat, nisi eos, quibus sufficienter indicata est; Non enim committit in legem, qui eam sine culpa ignorat.

§. 12. Promulganda igitur lex est, & tamen putant pleriq; legem imperatoriam, non nisi post duos menses, à constitutione obligare. Ita authen. habet. Ut autem adhuc apertius causa declaretur, sancimus, si scripta fuerit huiusmodi lex, hanc post duos menses, dati eius temporis valere. Quod tamen ad leges magistratuum inferiorum non extendunt.

Lex cum iuste datur accipienda est.

§. 13. Acceptatio legis non est necessaria conditio, ut sit valida; sed cum lex est iusta, populus est necessario accipienda; in magistratu enim auctoritas & voluntas est legem ferendi, subditosq; obligandi. Subdito igitur parendum est; nam continuo violatores puniuntur. Effectus enim est acceptatio, quæ obligationem consequitur, sed effectus causæ, non est conditio necessaria, ut causa sit, vel agat.

§. 14. His constitutis magna controuersia est, an lex civilis non obliget modo, sed etiam obliget conscientias subditorum, ut qui eam transgrediuntur contra Deum peccent: Nempe princeps lege sumptuaria certum numerum conuiuium in nuptijs, item tempus, & ferculorum modum lege definit. Titius numerum auget, & fercula, & tempus; an non committat in legem, ut peccet?

Lex civilis conscientias obligat.

§. 15. Omnes qui fidem Catholicam profitentur in eo conveniunt, ut dicant; Legem civilem conscientias etiam stringere. Hæreticorum multi id negant, aliqui concedunt. Hoc an. 1688. Scharpius quidam homo malitiosè imperitiæ multis argumentis persuadere conatus est, principum leges ad conscientias non pertinere. Sed eum refutat ipse Paulus Apostol. clarissime Rom. 13. 1. & seq. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris: time. non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: Vindex in iram, ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum Deo seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

Eidem Paulus Tit. 3. 1. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, minime blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos:

omnem offendentes mansuetudinem ad omnes homines.

Nec mirum cum Christus dare iussit Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ Dei. Ipse etiam tributum dederit Matth. 17. 24.

Hinc firmum & euident argumentum sumitur: Deus iubet regū legibus obtemperare, qui igitur eas transgreditur, Dei mandato resistit, ille autem peccat; qui igitur leges regias violat, peccat.

Hinc August. eos qui iustis principum legibus parent grande præmium, qui eas negligunt, grande supplicium mereri docet. Certe obediendum est dominis etiam dyscolis. 1. Pet. c. 2.

Cum enim magistratus leges ferat, ut minister Dei, potestatemque diuinitus acceptam exerceat, in eius contemptu, diuina maiestas ipsa contemnitur. 1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quod si respublica principem constituit ea lege, ne constitutiones concientiam obligantes scriberet; non tamē inde sequeretur, leges non obligare, nam illa respublica cum rege poterit obligare conscientias, si communi consensu lex eo sine scribatur.

Deinde lex naturalis est, quæ iubet obedire principibus, imo lex æterna. Hæc est enim voluntas Dei, inquit Apostolus. Sed conscientiam lex naturalis obligat. Hinc sæpe obedientiam cōmendant etiam gentes. Obedientia maximum bonum in republ. & militia, & domi. Xenophon in Laced. & Aug. l. 14. de ciuit. c. 12. In creatura rationali obedientia mater est quodammodo custos, virtutum. Quis credat maximum Reipublicæ bonum, in Republica à Deo constituta, non obligare ciues, nec eos peccare, si contra agant?

Dominorum in seruis, mariti in coniugem, parentum in liberos est, non modo legitimum imperium, sed etiam tale, quod qui subterfugiunt, grauiter coram Deo delinquant. Deut. 21. Filius inobediens iubetur occidi. Mulieres iubentur esse viris subditæ, cur non etiam ciues magistratui? Obedire itaq; regibus est obedire Deo, si nemere contra leges iustas regum, est Dei potestatem pessum dare. Omnium enim horū inobedientia cōscientiam lædit, omnes ergo obligat.

Natura legis est obligare, & dirigere; itaq; cum serio lex proponitur etiam obligat. alioqui sæpe potestas coactiua posset eludi. Nam pœnam externā multum fugere possunt, aliqui contemnunt, pleriq; impunitatis spe delinquant. Verum grauiter insurgunt Caluimiani quamuis dissidentes.

Negatiuam (inquit Pareus in Rom. 13. 5. dub. 7.) sententiam videtur tueri Caluim. Insit. l. 3. c. 19. n. 15. 16. & l. 4. c. 10. n. 3. 4. 5. quem sequitur Beza in notis: Sibrandus de Pont. Roman. l. 8. c. 7. quod tanquam infame dogma acerbe insectatur Stapleton. in Antid. pag. 783. Bellarm. quoq; exprobrat Caluino l. 3. cap. 9. de laicis: & dicit ante illum idem docuisse Ioh. Gersonem de vita spiritali lect. 4.

Sed grauissime inter omnes, impudentissimeque pessimam causam egit Joan. Scarpus, non Hercules, ut eum adulatorum vocant, sed Cacus Britannia, lues Gallia. Eius igitur argumenta examinemus.

Obiectio 1. Solus Deus habet ius in hominum conscientias. Rom. 1. 32. & 2. 15. 1. Cor. 7. 25. 1. ac. 4. 12. 1. Pet. 4. 19. & alibi. Ergo nulla lex, nisi diuina conscientiam obligat.

Respondeo 1. Rom. 1. 32. Nihil tale inuenitur, nec est, sed tantum: qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, nō modo qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Inter cetera vero ennumerauit Parentibus non obedientes, & incompósitos, ex quo conitarium colligitur. Parentibus non obedientes digni sunt morte, ergo & magistratibus inobedientes, ergo & leges magistratum violantes, illi enim magistratui non obtemperant, sed incompósito sunt, ergo inobedientia conscientiam lædit.

2. Rom. 2. 15. Dicuntur gentes, quæ legem non habent, ostendere opus legis scriptum in cordibus. Non ait gentes carente

Leges principum habent à Deo auctoritatem.

Lex naturalis est ut principum legibus pareamus.

Non minus iussa regum subditos, quam dominorum seruos obligant.

Infame dogma quoddam Caluimianorum.

Inobedientes peccant.

rere lege ciuili, cum infinitas leges haberent, sed negat legem Dei accepisse sub qua iudæi uiuebant. Multo minus indicat legibus ciuilibus earum conscientias obligatas non fuisse.

3. 1. Cor. 7. 31. Negat Apostolus se Corinthiis, *Laqueum infigere uelle*, agit uero de uirginitate seruanda, protestatus, non præceptum se ponere, sed *consilium dare*. Quæ uero est ratio. Paulus præceptum uirginitatis seruandæ non dat Corinthiis, nec laqueum eorum conscientis iniicit, non ergo regum leges in conscientis obligant subditos. An hic si uillam argumentandi legem teneret sic loqueretur? Quid consiliorum libertati, cum necessitate præceptorum?

4. Jacob. 4. 12. *Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere & liberare*. Quid uero hoc ad oleas? Monet Apostolus, *Ne iudicent legem, sed faciant, quia unus est legislator, & iudex*. Non tamen conuincitur inde, non esse alios legislatores, sicut nec illud; non esse alios secundarios iudices. si alii legislatores, & iudices, sed secundarii, igitur & leges, igitur & obligatio.

5. 1. Petri 4. 19. *Fideli creatori, inquit, commendent animas in benefactis*. Quid igitur? an ideo non tenentur principum suorum legibus? Anima Deo commendatur obediendo magistratibus. Sed tamen solus Deus ius habet in conscientias: ita sane solus habet ius in corpora, & fortunas, sed aliis tamen ius illud communicauit; dum alios iussit regnare, iubere, vetare, punire, alios iussit obtemperare. Dum legum conditores dedit, alios parere uoluit. Primum & summum ius in Deo est, in uicariis Dei, regibus, ius participatum; quemadmodum in parentibus, magistris, maritis. Itaque potest in foro ut aiunt conscientia, in foro Dei obligare princeps, quia Deus ita iussit, ut illi obediretur. sed præstat Gallico ministro respondere de sententia ministri alterius. Pareus in c. 13. R. 6. v. 5. dub. 7. sic obicit. Conscientia solum Deum respicit. Respondet ipse 1. *Non solum Deum, sed etiam homines respicit conscientia, Paulo teste, art. 2. 4. 2. Conscientia respicit leges ciuiles, non ut sunt tales, sed ut sunt late à ministro Dei, & munita auctoritate generalis præcepti diuini, Honorapaterem, &c.*

Obicit Pareus 2. Conscientias obstringere est solius legis diuinæ, non ergo legum ciuiliū. Respondet. *Fallacia non cause*. Obstringit enim Deus conscientias uel immediate sub ratione cultus, per leges diuinas: uel mediate sub ratione discipline per leges ministrorum, &c. Suorum igitur iudicio Caluinafter ille, qui Christianissimum Galliarum regem petit his dictis, refutatur.

Obiectio 2. *Humane legi sepe propter conscientiam non est parendum. Dan. 3. & 6.* At legi diuinæ semper propter conscientiam est parendum. Ergo.

Respondeo. Hinc nihil contra ueritatem confici, sed tantum impericiam. Quale enim argumentum: Impiis legibus idololatriam præcipientibus non est parendum; non ergo rectæ, & utiles principum leges conscientiam obligant? Multo sane aliter Augustin. ep. 50. ad Bonif. comitem. *Quia & imperatores, quando pro falsitate contra ueritatem constituunt malas leges, probatur bene credentes, & coronantur perseverantes. Quando autem pro ueritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sentientes, & corriguntur intelligentes. Quicumque ergo legibus imperatorum, quæ contra ueritatem Dei feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande premium. Quicumque autem legibus imperatorum, quæ pro Dei ueritate feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande supplicium.*

Nos cum parendum legibus dicimus, de iustis sermonem facimus. Quod si recte ratio cinatur, qui dicit. Humanis legibus sæpe non est parendum, nulla ergo lex humana conscientiam obstringit; Non video cur non eodem modo argumentemur. Humano magistratui sæpe non est parendum, praua scilicet iubenti, nulla ergo magistratus iussa obligant conscientiam, non ergo opus est potestate, nec anima sub-

ditæ est, quæ se potest illi opponere. Imo si pœnis sua iussa exequi uelit, resistere.

Obiectio 3. *Leges conscientia mutari non possunt, ut nec conscientia, nec Deus: At leges humane uariæ & mutabiles sunt, ergo.*

Respondeo. Hoc quoque argumentum idioticæ malitiæ esse. Nec est forma, nec materia syllogismi. si enim legitima forma constituenda sit, ita est argumentandum:

Nulla lex conscientia est mutabilis.

Omnes leges humane sunt mutabiles.

Ergo nulla lex humana est lex conscientia.

At sic accepta maior Manichæorum est, & totum penes uetus instrumentum è medio tollit, leges enim cærimoniales, & iudiciales mutatae sunt. Lex conscientia generalis impota manet; Malum fugiendum, bonum appetendum esse. Contra dictamen conscientia nihil agendum esse. At leges particulares, quæ aliquando conscientiam obligant, crebro mutantur. olim nisi anima circumcideretur, *delebatur de populo suo*, nunc uero dicitur, *si circumcidamini Christus nihil uobis proderit*. Ecce lex legi contraria: lex mutabilis, sed Dei immutabilis, qui ab æterno immutabiliter statuit tempore constituto legem mutare, ueterem abrogare, ferre nouam. Hoc itaque si Scharpius sequatur subito conficiet, Veterem Dei legem conscientias non obligasse.

Obiectio 4. *Potestas politica est temporalis de rebus externis, non internis, & eius finis est pars exterior. Ergo spirituale effectum prouidere, id est, conscientiam obligare non potest.*

Respondeo. Potestatem politicam per se uerari in materia externa, ideo per se, & directe in re spiritali, obligationem spiritalem non posse adferre. Quia tamen in rebus externis, & temporalibus potest honestum, & turpe inueniri, potest lex temporalis in ea materia obligationem inducere. Est enim diuinæ potestatis participatio. Pareus grauius respondet. *Est eadem fallacia (non causæ)*. Est enim magistratus legibus non intendat obligare conscientias: tamen conscientia subditorum sentit se astringi ad obedientiam sub culpa, propter generale Dei præceptum: *Honorapaterem & matrem*.

Hac tamen in re illa errat, nam reuera magistratus sæpe ita legem fert, ut nolit obligare conscientias, & si non uelit, non obligat; ius enim legis non extenditur ultra legislatoris uoluntatem. Velle interdum obligare testatur ipse Pareus in tanta rapsodia parum sui memor. In R. 6. 13. 5. dub. 7. propos. 5. *Leges ciuiles, quibus Princeps intendit non tantum notificare, aut ostendere, quid agendum sit, sed seruo imperare, & ad culpam obligare prauaricantes, in particulari & per se obligant conscientias sub culpa mortali & offensione Dei.*

In hac est dissensio. Sed pro hac ualide militat ratio firmantes, & præcipue determinatio Apostoli: *necessario est obediendum non modo propter iram, sed etiam propter conscientiam*. Et ratio est euidentis: quia uolatio specialis legis, necessario trahit secum uolationem generalis de obedientia erga magistratum. Violatio autem generis ladic conscientiam. Ergo & uolatio specialis. Obligat igitur conscientiam. Hæc uere Pareus. Verum ipsa ratio Scharpij se elidit. Politicæ potestatis finem ait esse pacem exteriorem; At uero ad pacem exteriorem conscientia obligatur, ergo ad ea sine quibus pax illa esse non potest, sed sine legibus pax esse externa non potest. Leges n. sunt uinculum ciuium inter se, & cum magistratu; leges igitur conscientiam obligant.

Obiectio 5. *Potestas politica non potest inferre pœnam spirituales, nec ab illa absolueret, ergo nec spiritualiter conscientiam obligare.*

Respondeo. Duplici modo pœnam alicuius transgressionis accipi posse; Primo, ut ob uolationem mandati pœna omnino spiritalis imponatur, id fieri non potest: non enim potestas politica uatum legum contempnitoribus spiritalem irrogare pœnam potest, ut

Anomi uet. testamenti è medio tollunt.

Dei leges mutabiles.

Spiritalia præcipit indirecte magistratus.

Apostolus testatur conscientias obligari.

Ius Dei communicatur legibus.

Scharpio commissus Pareus.

Bonif. legibus parendum est.

Bonif. legibus obtemperare acquirit grande premium.

Magistra us
ad penam
obligat non
immediate.

suspensionis, interdicti, excommunicationis. Potest tamen inferre penam sequela quadam, quia potest ad culpam obligare. Cum enim Deus magistratui obediendi velit, non est dubium, quin diuini ordinis violator in penam spiritalem incideret, non tam vi humani præcepti, quam diuini, quod violatione humani contemnitur. Doceat iuuenem Herculem Parens senior Eurytheus. Nec soluitur, nec astringitur nodus, dicendo obediendum esse propter conscientiam, non quia magistratus leges conscientis ferre possit, sed quia salua conscientia non possit ei resistere, cum potestati re Deus subiecit. Nam hoc ipso apparet legibus magistratus conscientias teneri, quia eis propter Deum resistere non licet. Resistere enim magistratui est legibus eius resistere.

Obiectio 6. Potestas politica non potest absolue-
re conscientiam à dicto, ergo nec obligare.

Obligare se
facilius quā
absolueret.

Respondeo. In votis & legibus non requiri, ut qui obligare potest, etiam possit absolvere. Voto, contractu, stipulatione quisque se obligare potest, absolvere non potest. Soarez ait hoc verum esse, quando obligatio directe non ponitur. Nihilominus generalem propositionem illam veram esse posse. Hoc modo. Quicumque legis obligationem ponere potest, is etiam auferre eam potest. Primo. Sicut legislator potest legem ponere quæ conscientias teneat, ita potest remittere illam obligationem, vel legem abrogando, vel indicando mentem suam esse, hac in re subditos dirigere, nullius conscientiam obstringere. Potest etiam in lege sua, si absque detrimento tertij fieri possit, dispensare.

Non potest
quilibet cul-
pam remitte-
re.

Non autem necesse est, ut postquam lex violata est, culpam vniuersam remittere possit. Nam si proregis iusta lex violatur, læditur non modo proregis dignitas, sed etiam regia maiestas, à qua est auctoritas inferioris magistratus; suam iniuriam remittere prorex potest, regis non potest, nisi eā de re potestatem specialem acceperit. Ita quoque in his fieri necesse est. Qui magistratus civilem legem transgreditur reatu pœnæ tenetur, quam magistratus posuit, quam idem magistratus tollere potest, non tamen efficere potest, ut ille non deliquerit, nec eam culpam, pœnamque quæ ad Deum pertinet, est enim altioris potestas ordinis. Contra hanc enim Dei voluntatem egit, quæ vult illum obedire non modo propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Obiectio 7. Si non minus obligarent leges civiles quam diuina, tum non minus humanis legibus, quam diuinis obsequendum esset, & nemo ab humanarum legum obseruatione & pœnis se eximere posset, quia nemo potest se à diuinis eximere, ubi enim parratio est, ibi ius idem obtinere debet, at postea falsum esse docent Papista, ubi pro immunitate clericorum contendunt.

Leges diuinae arctius obligant.

Respondeo. Non disputari de æqualitate obligandi quæ est in diuinis, & quæ in humanis legibus. Diuinae arctius obligant, quia semper sunt, non modo iustæ, viles, sanctæ, sed certo etiam constat tales esse. Deinde magis in illis violandis diuina maiestas, à qua immediate manant, læditur. Tertio. Diuinae leges omnes obligant, humanae non omnes, quia politici magistratus iurisdictione exempti sunt nonnulli. Deo omnes ex æquo subiecti sunt. Quemadmodum vero à lege sua positiua aliquos eximere potest, ita & à sua magistratus; dari enim alicui priuilegium potest, ne lege teneatur.

Obiectio 8. Si leges Ecclesiasticae non obligant conscientiam, extra casum scandali, & contemptum, tum multo minus civiles, at prius supra probatum. Ergo.

Respondeo. Nos ex contrario argumentamur. Si civiles obligant, multo magis Ecclesiasticae, ut suo loco docebimus. Mirifica est inter Scharpiū & Pareū pugna. Scharpius ait non obligare Ecclesiasticam legem, atque inde concludit, multo minus civilem obligare.

At Pareus ex proposito contrarium tuetur; Non ideo obligare Ecclesiasticam, quia civilis obligat.

Quam vero hæc sententia in Romano præsertim imperio confusionem pariat, plus nimio dudum experimur; neque iudicium sententia, neque legibus standum putant, qui has opiniones imbiberunt.

Obiectio 9. Nulla lex ab homine lata, quæ talis conscientiam obligare potest, quia lex non vltius se extendit quam legislator.

Respondeo. Legem humanam obligare absolute, & legibus humanis teneri conscientias; an humanis, quæ humanae sunt; id non venit in questionem morum; sed tamen contra bonos mores est id negare, cum magistratus humani, quæ sunt tales, habeant ius imperandi, legesque ferendi. Itaque hoc olim in Gerlone reprehensum est, quod diceret: Legem humanam ut humana est, non obligare, sed ut est gradus legis diuinæ lect. 4. coroll. 4. Merito sane; Sensus enim est, obligationem obediendi non esse fundatam in potestate legislatoris, sed in nostra rationatione, quæ deducimus legem cui obsequimur, esse derivatam ex lege diuina, vel naturali; quæ deductio in mores deducta Reipublicæ turbet necesse est; nam pro vario hominum captu, varie illa derivatio constituetur, deinde omnium legum humanarum ab omnibus examen instituitur; potestas enim regum, ad dubiam, & inquietorum hominum leuissimam deductionem coarctabitur. Denique quanta hoc loco vaerimis tabularum argutijs licentia conceditur; leges contrarias comparabit, quocumque modo diuersas illis anteponent, quibus reguntur. Itaque dicendum est; Ex humana potestate obligationem nasci, ideoque humanæ potestatis legem, quæ talis etiam obligare: nam etiam quæ talis tota vim habet à Deo. Quia habet à Vicario Dei. Ceterum sic arguari non conuenit, ne ex falsis tritis, veri tumultus oriantur.

Leges huma-
nae obli-
gant, quo
respectu, nõ
quaritur.

Restrictio
ad obedi-
tionem legum
periculosa
est.

Obiectio 10. Humana lex medium ad finem remote constituit, seu mediate, & medium seruanda societatis humana humana cogitatione inuentum, in quo sepe errat; Deo humana lex, ut talis, conscientiam non obligat.

Respondeo. Quarinodum in scirpo. Quauis enim Pareus, & Caluinus ita sentire videantur, Pareus tamen cum à cæteris dissentiat, satis ostendit, se putare leges humanas per se obligare. ita propos. 5. quæ supra citauimus. Verum Gallicus Hercules, per alia quæ inconuenienter docet, mentem suam indicat, nempe non obligare, quia non præcipiunt actus virtutum, ut ait resp. ad obiect. 4. Et ad ob. 5. Deinde, inquit, leges regum tantum obligant conscientiam, cum promulgant ea, quæ Deus præcepit. Eius igitur sententia, quicquid rex præcipiat, nisi ante à Deo præceptum est, libera conscientia rejicietur. Nec scandalum est timendum; quia nemo iure scandalizatur, si alius iure suo vitetur. Nemo igitur Caluinistarum qui hanc hæresin condocet actus est, regi obedire tenebitur, nisi legem suam euidenter in sacris biblijs rex ostenderit. Quo quid potest esse seditiosius? Denique si regia lege lex diuina promulgatur, nouam obligationem non accipit, præter eam, quam ante habuit. si enim non est vlla regi in conscientiam iurisdictione, nec cum legem diuinam fert, quicquam nouæ obligationis accedet. Tandem vero immemor Scharpius, quid disputarit, concludit Respon. ad ob. 7. quæ hæc est. Iubemur obedire magistratui propter conscientiam. Ergo.

Reges etiam
illa iubere
possunt, quæ
in biblijs nõ
sunt.

Respondet. Negatur sequi, quia Apostolus tantum contra eos agit, qui magistratum damnant, aspernantur, & eius obedientia se subducunt: Deinde id dicitur respectu auctoritatis, in quibus quæ à Deo est non respectu legum singularium: Denique leges civiles non obligant per se, quia necessitas obseruandi non consistit in rebus præceptis, sed ab auctoritate magistratus & sine legum generali pendet.

Hæc totidem sunt argumenta contra ipsum. 1. Non cõtemptum magistratus duntaxat, sed in obedientia Paulus

Paulus reprehendit. Obedire vult propter conscientiam. Cum vero quispiam legi non pareat; quia putat, non esse potestatem obligandi, is contemnit magistratus auctoritatem. 2. Obediendum dicit, respectu auctoritatis quæ à Deo est. Sed hoc satis est, nam illa auctoritas à Deo magistratibus est communicata, ergo respectu auctoritatis quæ data est magistratui, ergo respectu legum singularum, quatenus habent auctoritatem à magistratu. Nihil enim refert, quod leges civiles sint de adiaphoris; nam multe leges Dei non sunt nisi de mediis, cum tamen à Deo imperantur, desinunt esse media; sunt enim necessaria, ita & hæc media legum civilium, ratione potestatis, quam Deus magistratui contulit, necessaria sunt media ad humanam societatem conservandam. atque hoc tandem fatetur, cum ait. Quia necessitas observandi non consistit in rebus præceptis, sed ab auctoritate magistratus, & sine legum generaliter pender. Si ab auctoritate magistratus pender necessitas, illa ergo conscientias constringit, quibus necessitatem parendi imponit. Mitius ergo sentire videtur, quam verbis præferat, si tamen novit, quid sentiat. Nam heresis eum ad pravitatem, ratio ad veritatem trahit. Quæstione 1. Vbi querit an magistratui liceat condere leges? Respondet. Licere probatur his argumentis.

1. Principes dicuntur legeslatores. Prou. 8. 1. & ibid. Isa. 33. 22. Ergo.

2. Si Christiani possint esse reges, tunc & possunt leges condere, quia magistratus summus & vniuersalis a necessario coherent secundum regulam iuris; concessa iurisdictione, ea sine quibus exerceri non potest conceduntur: at prius, ut supra probatum, ergo.

3. Lex nihil aliud est quam regis iussio. Ergo si iubere possunt reges & leges ferre possunt.

4. Christiani sunt homines, ideoque reip. ciues. Ergo actionum civilium regulam habere debent, at pro regula non sufficit lex naturalis, quia principia quedam generalia tantum ostendit: non Evangelica, quia solum de rebus diuinis agit. Ergo necessaria est lex humana.

5. Si non liceret principi Christiano legibus populum obligare, tum id esset, quia hoc libertati Christiana aduersatur, at posterius est falsum, quia libertas Christiana tantum opponitur seruicui peccati, cui etiam lex iusta opponitur: Deinde quod fundamentum habet in natura integra non opponitur libertati Christianæ, at lex omnis civilis iusta est talis, ergo.

Iubendi potestas, & obediendi necessitas reciproca sunt.

§. 17. Hinc firma, & quieti necessaria ratiocinatio deducitur. Principes sunt legeslatores, ergo obligare subditos possunt. Secundo vox dei seu legum ferendarum potestas connexa est iurisdictioni, ergo obligat vt iurisdictioni. Sed iurisdictioni obligat in conscientia, ergo & vox dei. Si enim iudicare secundum leges civiles in conscientia tenetur iudex, ergo & obedire tenentur subditi. Exemplum clarum est:

Immobiles res vsucapiuntur inter præsentis decennio, inter absentes 20 annorum spacio. §. 1. de vsucap. ap. instrum. l. vni. de vsucap. trans. c. iudex in conscientia tenetur iudicare secundum hanc legem, & rem Cai addicere Titio, si ille præscripsit. Nemo est, qui iudicem aliter iudicantem, impium, iniustum, petiurum, raptorem non iudicet. Eius igitur conscientia humana lege tenetur, nam lex diuina vsucapionum tempora non definiuit. At si iudici incumbit necessitas ita iudicandi, eadem tenebitur Caius obtemperandi, & ager Caius contra conscientiam, si non pareat, cum necessitas iudicandi secundum hanc legem, & iudicatio standi reciproca sunt. Ita vis tota & determinatio est in humana lege, à diuina tamen lege derivata. Si vero Caius sit Caluinista Scharpius, poterit quacunque ratione obfistere executioni; nam legē, & iudicium nihil ad conscientiam facere arbitrabitur; clam, palam, nunc, olim quocumque; dabunt se tempore vires, ibit repetitum res. Itaque bellum esse

poterit iustum ex vtraque parte. Titius enim rei iudicata priuilegio rem tenebit, Caius dicet sine noxa se iudicio legis humanæ posse obfistere. Si igitur iurisdictioni vox dei connexa est, lex humana conscientias obligat. Qui aliter docet, pro iudiciis legitimis mera latrocinia, & euerfionem Reipublicæ inducit.

§. 18. Ex ipso etiam Scarpium reuincō, si lex nihil aliud est, quam regis iussio, & iussioni parendum est propter conscientiam, ergo & legi, quæ nihil est quàm regis iussio. Multa autem rex iubere tenetur, ergo & subditus parere. Quod enim rex tenetur exigere, id subditus tenetur præstare. Præter leges naturales, & Euangelicas necessaria est lex humana. si lex necessaria, ergo necessaria est eius obedientia. Ridiculum enim est, in ciuitate legem aliquam necessariam esse incolumitati ciuitatis, necessariæ tamen legis obseruationem esse liberam, & vnumquemque ciuium necessariæ legis posse esse violatorem.

Legis necessaria est necessaria obseruatio.

Denique, si lex civilis iusta non obstat libertati Christianæ, si fundamentum habet in natura, si ciues suos princeps obligare potest, quis dubitet etiam conscientias obligari posse?

His tamen repugnant, quæ docet q. 3. de Antichristo. Christum nolle conscientias nostras hoc iugo premis, loquitur autem generatim de Ecclesia, & principibus sæcularibus. Et arg. 10. Non potest homo damnare ad inferos, ergo non potest obligare conscientiam ad legem seruandam sub pena mortis æternæ. Quali vero homo diuina auctoritate præditus id non possit. si enim peccat contra legem, iam seipse condemnat. ita filium rebellem & contumacem, non pater, sed Deus inobedientiæ vindex inferis addicit.

Inobediencia est damna-bilis.

CAP V T IX.

Non omnibus legibus etiam iustis conscientias obligari, quibusdam vero inequaliter astringi.

§. 1. **L**eges civiles interdum obligant immediate ad penam duntaxat, non autem ad culpam. Hæc in parte nonnulla est Theologorum dissensio. Quidam enim omnem legem præcipientem, aut ventantem obligare conscientias contendunt; quia in omni lege est potestas cum voluntate obligandi, & in violatione inobediencia, quæ est peccatum. Itaque ne quidem in potestate legislatoris esse putat non obligare, si legem ferre velit. Alij vero posse fieri, vt legislator verè præcipiat, non modo ordinet, aut dirigat, & tamen non peccet transgressor, quia potest nolle eum obligare ad culpam, sed tantum ad penam. Vera lex illa est, nec tamē transgressor culpa tenetur. Exempli causa. Antiqua lex Venetorum erat, vt ei qui curiam (quæ tum humilis erat, nec vllō modo dignitati Reipublicæ par) magnificentius exstrueret, multa esset. Quidam ducum deiecit vetere domo, pulchram & tanto concessu dignam molem eduxit, accusatus libens volens multam dedit; Non peccauit magnificentia illa, neque enim mens Reipublicæ fuit ad peccatum obligare, sed metu penæ retinere paratum frugalitatem.

Lex potest esse quæ ad conscientiam non obliget.

Lex Veneta.

Dixi immediate; nam reuera etiam illa lex conscientiam attingebat, postquam enim palatium exstruxit, multam dare ex conscientia tenebatur. Huiusmodi sunt multe leges Religioforum, quæ ad culpam non obligant, sed tantum ad penam vel certam, vel incertam. pender enim tota obligatio ex mente præcipientis. Penam vero transgressor sustinere cogitur, quia alioqui nulla esset ratio eum cogendi, si nec conscientia, nec pena tenetur.

Lex omnis quodammodo obligat conscientiam.

§. 2. Legem illam dixi more communi. Nam si rem ad vium refecimus, tota lex illa obligat conscientiam.

scientiam, nec proprie contra eum delinquit, qui factum, cui est annexa poena, (siue proprie, siue analogice poena dicatur) perpetrat; sed qui totam legem transgreditur. Hoc est, & factum facit; & poenam recusat. Lex enim est; aut ne adificia, aut multam solue. Nec opus est, semper illa distinctione latam esse legem. Potest enim absolute lex poni, hac intentione, ut ad solam poenam obliget. In nostra societate lex est; *Ut, qui domo egrediuntur, signent sua nomina, quae prope ostium domus in tabula descripta sunt; & admoneant Ianitorem, quo sint profecturi.* Non apponitur poena, nec culpam abesse edicit legislator; quia tamen initio protestatus est, nolle se cuiusquam conscientiam obstringere, non peccat, si quis haec omiserit. Itaque lex siue pure sit penalis, siue mixta, aliquando ad culpam non obligabit. De pure poenali, quae tantum dicit. *Qui hoc fecerit, hanc poenam subeat;* constat non obligare. De mixta quae vere iubet vel prohibet aliquid; & transgressor poenam assignat; etiam clarum est, cum iussione non aliter, quam ad poenam obligare velit; ideo nec est voluntas aliter obligandi; nec est inobedientia, donec post factum poena recusetur.

Lex ultra voluntatem legislatoris non obligat.

*(Vbi clade-
stina matri-
monia sunt
valida.)
Lex ex prae-
sumptione
obligat.*

*In materia
gravi lex
obligat sub
mortali.*

*Contemptus
legis graue
crimen.*

*Leges civiles
cum pericu-
lo vite obli-
gant.*

§ 3. Lex quae in praesumptione facti fundata est, sed falsa, non obligat conscientiam. Ut si Caius clam uxorem duxit, deinde solennes nuptias celebret cum alia; in iudicio externo, quia ad sunt testes, omniaque documenta matrimonij, pro secundo coniugio sententia profertur; quia praesumitur de prioris matrimonio mentiri, & publicae non decessisse. Ille tamen reuera priori coniugi obligatus est, si praesumptio est fundata in timore periculi, lex obligat, quamvis enim in particulari cessat ratio legis, ob commune tamen bonum seruanda est. Lex est, ne quis professionem ante annum decimum quintum expletum faciat; praesumitur enim ex infirmitate iudicij temerarie fieri. Itaque quamvis maturo iudicio, & prudentia fiat, non tamen obligat; quia lex spectans ordinaria pericula penitus irritam eam facit.

§ 4. Lex humana aliquando obligat sub peccato mortali. Nam cum iuris diuini sit, & naturalis obedire iustis legibus, potest ea esse materia, & circumstantia, ut transgressio grauis, & noxia iudicetur. Quando sit mortale peccatum transgressio, non potest colligi ex solis verbis legis, aut intentione legislatoris, nec ex grauitate poenae, sed ex grauitate materiae. Cum enim legislatoris iusta & rationalis intentio esse debeat, non debet nisi in re graui; in qua magnum sit Reipublicae momentum grauius obligare. Cum vero est causa grauis, non potest legislator sub veniali obligare, quia ex rei natura grauis est transgressio. Ut cum posita est lex sumptuaria, definitus ferculorum modus, & temporis, si quis publice violat, potest in malum Reipublicae magnum redundare. Quod si contemptus addatur, vel legislatoris, vel materiae legis, maius peccatum fuerit. Et contemptus quidem Dei semper mortalis est; contemptus legis humanae in re parua venialis; contemptus legislatoris civilis; ob defectus humanos aliquando venialis, aliquando mortalis. Si vero contemnatur quatenus est superior, seu ratione ipsius potestatis, quia contumeliosum est diuinam maiestati, & ordinationi; semper mortalis est culpa.

§ 5. Lex civilis obligare potest cum periculo vitae, hoc in bello maxime cernitur. Nam ordines deferere miles non debet, etsi moriendum videat. Hanc etiam fortitudinem imperare potest Respublica; Nam si non posset, communi bono, & defensionis parum esset prospectum. Naturalis quidem iuris est, illa defensio, sed magistratus applicare hominibus certis potest has vel illas legiones, cohortes, turmas in aperta pericula mittere, quae ex lege militari parere coguntur.

§ 6. Tum legis observatio cum vitae periculo obligat, cum ex eius custodia plus utilitatis redundat in Respublicam, quam ex vita eius, qui lege tenetur; aut cum transgressio legis est perniciosior Reipublicae, quam mors cuius. Regula illa communiter approbatur. In qua considerandum est primo, ut de vero, certoque periculo agatur, deinde summam difficultatem esse in eo, ut quispiam iudicet; utrum maius sit bonum, aut malum? Multi enim sunt, quorum vita non admodum prodest Reipublicae, imo etiam obesse videtur; quid enim iuuat Respublicam leprosus, & simul medicus? quam facile bonum publicum inueniri potest maius eius vita, & damnum grauius eius morte? Itaque non modo ex publico bono praecise, sed etiam priuato eius, qui pars est Reipublicae, bono vel malo res constituenda est; nam ad bonum Reipublicae pertinet non esse sui sanguinis prodigum. Nec leuiter hac in re peccatur, praesertim a belli ducibus, cum leuis commodi gratia magnis periculis militum obijciunt. *Quis ferat tanti regis sanguine ignobilem vicum emi?* ita clamant Macedones. Quis non recte dixisse videt Drancem.

Quando cum periculo vitae legi parum est.

Ex priuato bono, de publico indidandum.

*Sicilicet ut Turno contingat regia coniux
Non anima viles inhumatae, corpora passim
sternantur lato?*

Quid igitur? Armenta ante urbem stabulantia noctu abigunt hostes, videt leprosus, debilis senex, onerosus Respublicae, si tacet, publico damno est silentium; si exclamat, mors ante oculos. At lex est, quae hostis aduentum indicare imperat. Ego arbitror, etsi vita senis potius oneret Respublicam, quam iuuat, & magnum sit abacti armenti detrimentum, non tamen cum periculo vitae senem obligari; sed requiri tantum bonum Respublicae, aut malum, ut omnibus consideratis, digna res sit, pro quo prudens vitam ponat. Quia in re illud praecipue attendendum est: In Republica bene constituta summam esse charitatem eiga singulos ciues; quemadmodum enim omnia agimus, ne membra praecidamus, itaque quoque singulorum ciuium vitam valde commendatam esse oportere.

CAPVT X.

Leges penales necessarias esse, varietate obligare.

§ 1. **P**LVRIM hominum, nec benignitate, nec beneficiis in officio continentur recte Dio. Adeo homines malo ingenio praediti, nullis beneficiis vincuntur, quando isti parauerunt insidias ei, a quo tanta beneficia acceperant. Tot igitur malis, tanquam agris legalium poenarum medicina comparanda est.

Hinc tam frequentes in Republica poenae; quia plurimi mali qui formidine poenae sunt coercendi; quod hunc, & olim adeo occultum non fuit, ut Seneca humano generi cum plausu conuictum fecerit, cum dixit: *Qui malos odit, omnes odit.*

Poenae exigunt delicta

Itaque in poena seruandum est, ut futura respiciat, ut enim medici nomine dignum non est, si quis ideo medicamentorum fastidio, vel secandi, vrendiq; dolore agrum cruciet, quia intemperantia valetudinem afflixit, sed ut sanet; ita quoque legislatori faciendum est. Nemo enim prudens, (ut Seneca de ira c. 16.) punit, quia peccatum est, sed ne peccetur. Reuocari enim praeterita non possunt; futura prohibentur; & quos volet nequitia male cedentis exempla fieri, palam occidet: non tantum ut pereant ipsi, sed ut alios pereundo deterreat.

Poenae esse exempla, non vindicta debent.

§ 2. Genera poenarum octo fuisse, ipsa in varias formas distributa. Damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, seruitus, mors. Omnia nunc quoque in vsu sunt eadem, quae omnia nobis futuri iudicij seueritatem in tanta tormentorum varietate repraesentant.

Varietas poenarum

§ 3.

Gravia supplicia in his obsequenda putanda. Primo ut gravia legibus supplicia constituantur, terrendo enim in dona sunt, si enim committunt homines in ea, quibus supplicia constituta sunt, multo magis in ea, de quibus nulla sunt. Magna enim incommoda adferuntur, cum impunitatis fiducia audacter mala perpetrant.

Deinde, ne vilius vel sit tanta potentia, vel merita in Republicam, ut legum pœnis eximatur. Nisi hoc servetur contumeliosus atque injuriosus euadet, premium virtutis suae astimans licentiam.

§. 4. Pœnas legum pro ratione personarum semper clementia temperet. Verum nunc de obligatione legum pœnalem agamus.

De his igitur hæc regula constitui possunt.

Regula I. Lex pœnalis obligat judicem, ut secundum eam reum puniat. Non enim de legibus, sed secundum leges judicare debet.

Regula II. Potest lex alia ferri, quæ ad pœnam ante sententiam obliget, ut excommunicationis, & irregularitatis quædam censura.

Regula III. Id non fit cum pœnam lex comminatur, vel utitur verbo futuri temporis. Cum verò dicitur pœnam incurri ipso facto, seu ex eo tempore, quod in legibus civilibus fieri non solet. pœna ante damnationem judicis conscientiam obligat. Id verò multo magis, cum clausula expressa pœnam indicant jam incurri, quod in priuationibus frequens est.

Regula IV. Post latam sententiam reus obligatur, ut patienter, sine oblatione pœnam subeat.

Regula V. Imò si ad pœnam est necessaria actio rei aliqua, ad eam obligatur. Quin etiam cum damnatio est ad mortem iuste, tenetur de carcere exire ad locum supplicii, non pugnare contra ministros iustitiæ. Cum verò carcer, exilium, multa decernitur, etiam exequi tenetur.

Regula VI. Lex quæ actus facit irritos, potest obligare conscientiam, ne aliter, atque formam ipsa præscripsit, fiant. Non tamen semper prohibet actum fieri, potest enim quispiam actum facere irritum. In multis tamen nequaquam licet.

Regula VII. Leges hanc pœnam semper adjuncta habent: ut actus, qui contra leges sunt, imò sine legum solemnitate, quando ad rei substantiam, leges eam requirunt, sint irriti. Lex Theodosii de curialibus lata est, quæ sic clauditur. Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsistentem, qui contrahunt lege contrahere prohibente.

Hic tamen contractus in jure civili, tum demum irritus est, cum per sententiam declaratur.

Regula VIII. Princeps supremus, cuius est leges temperandi, potestatem habet pœnam moderandi. Imò omnis pœna Principi supremo arbitraria est; ut Baldus in l. fin. de senat. sed hoc ita intelligendum, ut ab æquitate, & iusta severitate non recedat. Atque hæc generaliter continent illa, quæ ad judicem, & reum pertinent. Interim de pœnis variè agunt jurisperiti. Hoc notandum alias jure Canonico, alias vero civili imponi, quamvis sæpè eadem sint.

§. 5. Prima pœna est, *ὑποτίσις*, admonitio, quæ ferè priuata est lenissima, cum alicui officii sui obligatio in mentem reducit. Huic succedit altera admonitio, quæ dicitur *Παραίσις*, quæ habet adjunctam interpositionem, & *ὑποτίσις* in græce dictam. Apud Synesium est. *ὑποτίσις ἐν ἡρώδῃ, ὑποτίσις ἐν ἡρώδῃ*. Admonens non persuasit, interponens irritum. *Κόλασις* est vindicta quæ præstatur Republicæ, quæque respicit emendationem puniti. *Τιμωρία* præstatur illi qui læsus est, ita Aristot. Rhet. 1. *ἡ κόλασις ἐν ἐκείνῳ τῷ πονηρῷ, ἡ τιμωρία ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀποβλαβένῳ*. *Κόλασις* est pœna, eius causa, qui patitur. *τιμωρία* eius gratia, qui exigit, ut implea-

tur, pœna scilicet. Magna cura intendat Respublica, ne eam speciem pœnæ iudices negligant, quæ aliorum damnis, aut injuriæ satisfaciunt, nam reuera læsi odium in principem vertunt, ut Pausanias in Philippum, sius negati sibi animaduertant.

§. 6. Species pœnarum, quæ ad illas octo referuntur, variæ sunt.

Primo est infamia, cum fama alicuius notatur. Fama apud Iuriconsultos, est *illæsa dignitatis status, legibus, & moribus comprobatus*. Cum ille minuitur, aut tollitur, infamis redditur is, qui notatus est, cui omnes dignitatis portæ clauduntur. l. 2. de dign. l. 12. c. t. r. Infamia juris est, & facti. Iuris vel Canonici, vel Cæsarei. Infames jure Canonico sunt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incestuosi, venefici, periuri, falsi testes, & alii similes, ut hæretici, histriones, bonorum Ecclesiasticorum raptores, calumniatores, simoniaci. Plures sunt jure civili infames, quamvis non omnes utroque.

Infamia
gravis pœ-
na.

Deinde depositio, seu degradatio, quæ vel ab officio, vel etiam à beneficio, à gradu. Confiscatio bonorum. Detrusio in Monasterium, carceris damnatio in opus publicum, in metallum, scrutis, Exilium. Omnia illa varii generis.

Quo in genere hoc prospiciendum, ne infamie pœna, vel exilii plectantur illi, qui vindicare se, & nocere Reipublicæ possunt. Græcia & Italia ex parte sunt.

Res periculosa potius
& acer ex-
ul.
Vile pœna
nam genus
nunc negle-
ctum est.

Deinde pœnarum aliud genus grave & vile, olim vilitatissimum, nunc rarum, omnino repetendum videtur, ut est damnatio ad metallum, ad opus publicum, ad ministerium operis publici, ad salinas, ad sulphurarias, ad arenarias. Ad ministerium sceminae damnabantur. Nunc sola pene, nec tamen omnibus locis est damnatio ad Triremes, in aliis ad varios labores. Si reliqua etiam loco carcerum, vel temporariorum, vel perpetuorum, loco catastæ, publicæ castigationis, stigmatum, mutilationis aurium; exilii, quod nunc diuisis ditionibus, in tanta dominiorum multitudine, & amulatione, nec pœnam magnam, & præfens periculum habet, si laboriosa & quo ad mentem reducant renouarentur, minus scelerum admitteretur, & sumptu Respublica iuaretur. Verum hac de re alias agam.

CAPUT XI.

Leges paucas esse optimum est.

§. I. P Aucas habuit Romana ciuitas initio, omnesque Respublicæ: exordio sui, quæ deinde labentibus ad deteriora moribus, cum vitis ipsis creuerunt. Romuli sanè leges perpaucæ, & aliorum regum numerantur, quas tamen desuetudine, & odio regum magna ex parte abolitas fuisse est verisimile. Secutæ sunt deinde leges duodecim Tabularum, ex quibus jus diutissime constantissimeque dictum est, ut Cicero in Bruto, de legibus, cæterique demonstrant. Aucta deinde ciuitate, & pariter litibus, accessit volumen prætoriorum edictorum; duos libros ad edictum prætorium, ita enim librum eum vocabant, Seruius Sulpitius, juris & iustitiæ consultissimus conscripsit; reliquit centum propè & 80. libros. Edictum tamen diligentissime A. Ofilius composuisse videtur. Verum iam tum legibus & vitis laborabatur. Nam Iulius Cæsar destinabat ius civile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusâque legum copia, optima quæque & necessaria, in paucissimos conferre libros. Multa itaque tum libri erant, & leges, quibus ad ferendas discordias, litesque improbi homines abutebantur.

Multa leges
multa præ-
uaricatio-
nes.

Ius regum.
12. Tabula-
rum.
Edictum præ-
torium.

Multitudo
legum.

Litiū mul-
tudo.

Secutus est Vespasianus, qui iustitiæ rationem nonnullam habuit; nam ab Augusto vsq; ad illum, accusandi, calumniandi, omnia percutendi rabies quædam inualuit, ipse cum litiū series vbiq; excreuisset, maiorem in modum, vt ait Suetonius, sorte elegit, qui iudicia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum atas videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentq; ad breuissimum numerum.

Editū per-
petuum sa-
luberrimū.

Sed iactata est iustitia vehementer vsq; ad Adriani tempora; nam pratorum magna fuit, & pene nimia potestas, edicta enim proponebant, atq; secundum ea ius dicebant. Magna tamen cura iustitiæ, q; mox iniuriarum postulari, & puniri lege poterant, si inique aliquid edixissent; iudicassentq;ue. Verum bellis civilibus, deinde & monstris hominum imperantibus, impunitior fuit Pratorum licentia: quia qui rerum potiebantur erant focii furum, summa occasio maleficii erat, quod varie ius diceretur. Adrianus itaque Saluij I. C. laborem approbavit, qui edictum perpetuum composuit, iussitq; vt ex eo ius dicerent Pretores. Nec minus tamen mox additi legum Codices. Imò creuit interpretum opportuna, atq; importuna subtilitas. Cælius, Domitianus, Vlpianus, Paulus ad edictum perpetuum commentarios ediderunt. Paulus 80. libros, Vlpianus 83. conscripsit. Doctissimus virorum consultissimorum labor fuit, sed mole sua iustitiam pressit, rabulisq; & argute cauldicinae causam iniuriarum dedit. Testis ejus rei locuples est ipse Iustinianus, qui commentariis interpretum perpetuum edictum conturbatum proficitur, quo malo edoctus ipse Pandectis suis cauere voluit, ne commentariorum accessio nibus onerarentur.

Commen-
tariū late-
bras nequi-
tie præbent.

§. 2. Primaria fuit hoc in genere cura Iustiniani, cui causam instituendarum legum dedit earum multitudo. Ita enim scribit ad Tribonianum. Cum itaq; nihil tam studiosum in omnibus reb. inuenitur, quàm legum auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem qui ab vrbe Roma condita & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, vt in infinitum extendatur, & nullius humane naturæ capacitate concludatur: primum nobis fuit studium à sacratissimis retro principibus initium sumere, & eorum constitutiones emendare, & via dilucida tradere: quatenus in vnum Codicem congregata & omni superuacua similitudine, & iniquissima discordia absoluta, vniuersis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium.

Iustinianus
inmensam
legum mul-
titudinem
minuit.

Quantum fuisse fraudum credibile est, vbi multitudinem legum, nemo hominum, capere potuit: optime igitur Iustinianus, si cætera illius ad illud modum.

Et in confirmatione Digestorum ad omnes populos. Mirabile autem aliquid ex his libris emerfit, quod multitudo antiqua præfente breuitate paucior inuenitur, homines enim qui antea lites agebant, licet multe leges fuerant posite, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscientiam, & voluntate iudicum magis quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præfente autem consummatione nostrorum Digestorum è tantis leges collectæ sunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec vnquam audiebant, quæ omnia collecta sunt substantia amplissima congregata: vt egea quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentissima autem breuitas nostra efficiatur. Antiqua autem sapientia librorum copiam maxime Tribonianus vir excellentissimus præbuit, in quibus multi fuerant & ipsi eruditissimi hominibus incogniti, quibus omnibus perlectis quicquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotim in optimam nostram compositionem peruenit. Sed huius operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges posite sunt: sed etiam alia multa quæ nihil vel vtile, vel nouum, eis inuenientes, quod exceptum nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt.

Multitudo
legum ege-
na fuit.

Et ad magnum Senatū. Quomodo nempe priorē soluti perturbatione, & confusione, & nullum finem habente iuris positione, vsuri sint posthac legibus rectis compendiosis, & omnibus ad manum promptis & litiū compendium adferentibus, & paratis atq; expositis omnibus (volentibus) ad facilem acquisitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, vt illorum inutilium librorum congerant multitudinem: sed vilissima pecunia tam ditioribus quàm ex tenuiore profectis patrimonio, copiam sui comparandi præbentibus.

Quanta fuerit multitudo, Imperator docuit in proœmio. Et antea quidem quemadmodum & vestra sit prudentia ex tanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo milia, versusum autem tricies centena extendebatur: nihil aliud nisi sex tantummodo libros & ipsos confusos, & iura vtilia in se perraro habentes, à voce magistræ studiosi accipiebant ceteris iam deuersis, iam omnibus iniuis.

§. 3. Fuere igitur qui leges semper augerent, vt videre licet, in historia iuris, de Professoribus & Iurisconsultis: Quorum studium & industria cum præter modum excreuit, non minore labore alios exercuit, vt ad breuitatem veterum confusam prolixitatem redigerent.

Multitudo illa occupata à Barbaris Asia, Africaq; alienatis ab imperio in Europa regnis pene conticuit, Lotharius in vsum reduxit. Et nunc magna multitudo legum, & litiū pene mergitur Germania.

2000. li-
brorum in-
ris.
3000000
versuum.Multitudo
reducit.

Multitudo igitur illa noxia est; cum maxime illorum sit opera probata, qui eam reciderunt. Magni æstimo conditores legum, antistites sacræ Themidos; si vero Imperator adhibitis iuris consultissimis, principumque auctoritate magnum hoc chaos in ordinem, & peripicuum breuitatem restitueret, Reipublice seruatorem, & patrem patriæ appellabo. Tot principum exempla sequi gloriosum est, & patriæ necessarium, quæ nunc plus in lites, quam bella impendit; nec lites finiendas, sed continuandas, asperandas, & partium damno sopiendas, aut æternandas.

§. 4. Multitudo legum testis est morum corruptio. Quemadmodum enim morbos extitisse constat, ante quam remedia conquirerentur, ita quoque scelera, iniuriæque ciuitatem ante diuexarunt, quam leges sancirentur, quibus nequitia obuiam iretur. Ita sane Demost. orat. 2. de legib. Quæ sane corporibus eueniunt aggritudines, medicorum industria auxilioque sanantur; animorum vero ferocitatem propulsant, ac eiciunt legumlatorum sententiæ. Vbi igitur innumera sunt leges, necesse est innumera flagitia antecessisse.

Leges mul-
ta signa
res corrup-
tos esse.

Prudenter hoc Seneca explicuit Epist. 95. Fuit sine dubio, vt dicitur, vetus illa sapientia, cum maxime nascens rudis: non minus quam cætera artes, quarum in processu subtilitas creuit. Sed ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat, nec tam late se sparserat. Poterant vitii simplicibus obstrare remedia simplicitate. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta, cessat bo- quanto valentiora sunt, quibus petimur. Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum, quibus sifteretur fluens sanguis, vulnera coirent paulatim: Deinde in hanc peruenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum, tunc illam minus negotii habuisse, firmis adhuc solidisq; corporibus, & facili cibo, nec per artem voluptatemq; corrupto. Qui postquam caput, non ad tollendam, sed ad irritandam famem queri, & inuenta sunt mille conditura, quibus auditas excitaretur: quæ desiderantibus alimenta erant, onera sunt plenis. Inde pallor, & nervorum vino madentium tremor, & miserabilior ex crudatibus, quam ex fame macies: inde incerti labantium pedes, & semper qualis in ipsa ebrietate titubatio, inde in totam cutem humor admissus, discentiq; venter, dum male assuescit plus capere quam poterat: inde suffusio lurida bilis, & decolor vultus, tabesq; in se putrescentium, & retorti digiti articulis obrigescentibus, nervorum sine sensu iacentium tor-

por,

por, aut palpitatio sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum, auriumque tormenta, & cerebri estuantis verminationes, & omnia per que exoneramur, internis vlcibus affecta? Innumerabilia preterea febrium genera, aliarum impetu sentientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore, & multa membrorum quassatione venientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuria? Immunes erant ab istis malis, qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant.

Pharmaca nulla, vel pauca.

Contra illa monstra morborum, se armat medicina, contra scelera conduntur leges, & quemadmodum medicorum multitudo irritantur symptomata, ita legum varietate nouantur iniuriæ. Sanitas profecto vel paucis, vel nullis restituitur medicamentis. Varietas viscera omnia conturbat.

Leges retia litium.

§. 5. Multitudo legum innumeras parit lites. Plauto verissime: *οἱ παρ' οἷς ἀλλήλοισι νόμοι, καὶ δικαὶ παρὰ τοῖς, καὶ βίαι μοχθηροί*. Apud quos plurima leges, ibi & lites, itemque mores improbi. Sed cur leges, & leges bonæ, leges peritissimorum finiendis litibus inuenta, nouas lites generant? Leges bonæ sunt, & sanctæ, sed adhibentur à prauis ad iniuriam; id vero aliter fieri humanitas non potest, ubi sunt multæ leges. Nam primo impar est illis omnibus discendis, aut memorandis aut sanè intelligendis humana imbecillitas. Quis enim aduocatorum, aut iudicum, nedum procuratorum, duo millia librorum, tricies centena millia versuum, non modo memoria complecti, sed inter se comparare, legem legi antepone, singulorum efficientiam ad remittendum agendumque aptare possit?

Sciri non possunt leges multe.

Hinc necesse est multos jus suum ignorare etiam peritissimos, quod jus cum alterius animo occurrerit, causam euincit. Hinc Iurisperitorum tardi profectus, & cum è Scholis ad agendum evocantur, quasi rudes legum habentur. Tertio, Amator illa multitudo ab illis qui ex litibus aluntur, & ditescunt. Illis ut mendicibus tabes, ita forum precia facit. His, hoc vnice curæ est, leges qualis, etiam obsoletas, iniquas, & in prauum sensum detortas in medium producere; Quemadmodum ille apud Galeacium Ducem Mediolanensem, de quo c. 10. monit. polit. narrat Doctissimus Lipsius. Quid Galeacius Dux Mediolanensem? cum aliquoties audisset vasso ingenio causidicum esse, qui lites ferere, & satus producere atque alere; etiam in liquido iure posset: hominem ad se accitum affatur. Debeo, inquit, pistori meo centum aureos. non lubet soluere: tu ecquid tueri me in iure, & rem protollere potes? Annuie largiter, & Principi prompte se dedit: sed iste ei malum. Nam fraudis sic confessum, verbis prius increpitum, laqueo puplice necari iussit.

Imitare Princeps.

Mitius est quod idem de Jacobo Aragonum Rege recenset, qui litibus & litigiosis semper in sensum se præbuit: & ex iis Semenem Radam insignem & primarium ea atate Iuriconsultum, quod eius argutia aut malitia multi se afflictos quererentur, præuicatoris lege postulatam, regni finibus eiecit.

Hos tales serio compescendos esse nemo non videt, qui honoratam prædandi artem secuti, omnibus ad tuta, & iustitiæ affinia furta præbent auxilium, animosque addunt. Illi multo nocentiores sunt apertis hostibus; nam absque furo periculo in alienas fortunas imperum faciunt. Plures enim specie juris in Romano imperio rebus exuuntur, quam olim bello. Vetus querela est.

Inter arma silent leges, inter leges silet iustitia.

Imminet armorum rabies, ferrig, potestas, Confundit ius omne manu, scelerig, nefando, Nomen erit virtus, multosq; exibat in annos. Nostra querela est. Imminet atra foris rabiesq;, legumq; potestas.

Confundit ius omne stylo, scelerig, nefando, Nomen erit virtus.

Alia etiam est causa, cur leges litium sint causæ, altitresque. Quia in tanta multitudine, in tanta morum diuersitate, qui nouas ferunt, veterum recordari non possunt. Contrarias igitur, aut sane inter se aduersantes esse necesse est. Aut si inter se non pugnant, plurimæ tamen *εὐνοπορεῖς* sunt, & pugnare videntur. Fuisse multas contrarias suo tempore testatur Iustinianus Epist. de nouo Codice faciendo ad Senatum vrbis Constantinopolitanæ, dicit enim, se Ioanni, Leontio, Phocæ, Basilidi, Thomæ, Triboniano, specialiter commississe, rescatis tam superuacuis, quantum ad legum soliditatem pertinet, præstationibus, quam similibus & contrariis, præterquam, si iuris alia diuisione adiuentur: illis etiam que in desuetudinem abierunt) certas & breui sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus & nonnullis constitutionibus leges componere, & congruis titulis subdere: adicientes quædam & detrahentes, imo & mutantes verba earum, ubi hoc commoditas exigeret: colligentes vero in vnâ sanctionem, que variis constitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficientes: ita tamen ut ordo temporum constitutionum non solum ex adiectis diebus, Consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat.

Legum pugna, causidicorum præda.

Superflua rescandæ.

Sed neque suas ipse leges omnino à vitiis liberarè ausus esset. Nam idem in Epistola ad Senatum & omnes populos. Contrarius autem, inquit, aliquid in hoc sint contra Codice positum nullum sibi locum vindicabit, nec inuenitur: si rie subtili quis subtili animo diuersitatis rationes excutiet, sed est aliter inter quid nouum inuentum, vel occulte positum, quod dissonantia præanda querelam dissoluit, & aliam naturam inducit discordia fines sunt. effugientem.

Titubat sane, & de Antinomia sollicitus est, nec fere vllus est Iurisperitorum, qui hunc nodum soluerit. Cuius conatur. Multas aut leges in concordiam redigi posse, si alia ad ius constitutionum benignum, alia ad veterum leges, & ius seuerum referantur. Audio sane & probò viri doctissimi iudicium, sed hoc requiro, ut cum de vita, & fortunis hominum agitur, certi & statuti quippiam sit; dum illi litigant, dum hic ius seuerum, ille benignum vrget, interim fundum meum tenet aduena, aut in mala mansione longæuas disputationes lugeo. Quin vno igitur verbo multas lites tollimus, & statuimus, ut inter *εὐνοπορεῖς* vna sit rata, altera vero antiquetur? Iam volumina scripta sunt legum, quæ vel verbis & sensu, vel ex consequentia videntur esse contrariæ; ne ergo lites sint perpetuæ, deterior earum quæ simul esse non possunt, cadat; aut etiam melior, quia bello pax etiam mediocri est optatior. Legum quoque multarum obscuritas immortales parit lites, hæc cur non tollatur nulla causa est.

Obscuritas legum inexcusabilis.

Hoc sane emendari & potest & debet. Præclare Petrus Gregor. l. 10. Adesse postremo debet legibus condendis manifesta decisio sine obscuritate mentis non inuoluta, aut dubia, ne captionem aliquam continere possit, quia illa debent esse omnibus pro norma viuendi tam ignaris, quam multaribus & pueris. Et ius certum & definitum est, super dubitabili enim lex regula, debet dubium tollere.

Hoc igitur merito omnes requirunt, ut quod faciendum est, id intelligere possint.

§. 6. Ita omnino paci necessarium est, alioqui non iustitiam, sed vias litigandi tradunt. Hinc non modo sapientiæ, sed paci, & quieti Reipublicæ subtilitas Scholarum officit. Sacrarum literarum oracula ob profunditatem scientiæ & sapientiæ Dei inuestigabilem, obscura sunt, ejusque rei certissimum argumentum est, tot optimorum, sanctissimorum, doctissimorum Theologorum ingenia & labores; In legibus idem experimur, tot millia Iurisperitorum de sensu legum disputant in Vniuersitatibus,

Bb 2 tot

tot centuriæ præliantur in foro, rauceſcunt ad tribunalia, pallescunt in Principum Cancellarijs, & mens tamen, veraque legis sententia nondum est inuenta. Hinc orta sunt legum interpretationes, id est, jus nouum, neque enim sola lex agitur, sed legis decisio ex interpretum multitudine, dignitate, eruditione quaritur. Has ambiguitates, & labyrinthos succisſis anfractuū mbris vna voce Principis, de sententia tamen jurisperitorum dissolui cupio. Sciet quisque non modo legem, sed etiam sensum, quā in re maturam deliberationem, cum clara decisione posco. Alexander Imperator multas leges viles tulit, quibus plures inuites sustulit, sed nullam sanxit, nisi de viginti Iurisperitorum sententia. Statuat igitur Imperator quid lex dicat. Hinc sane videmus totam Europam in litibus esse, & quod deterius, à litibus solui non posse. Aternantur illæ, & inter natos natorum velut hæreditariæ agitantur.

Vna vox mundi diffusia auferre potest.

Centum milia hominum alit Germania, ut lites componat, & illa augentur.

Lites viles malis.

§. 7. Denique quæ causa tam aperte iniqua est, ut aliqua lege defendi posse non videatur? Leges igitur quæ consuetudine abolitæ sunt auferantur, quæ contrariæ sunt, aut videntur, vel abrogatione, vel conciliatione componantur. Salubre consilium est prudentissimi Liplii, si exequutorem haberet. Platonem iterum aduoco: *ὅτι εἴεν ἂν ποτε πολλὰ φίλοι, ὅπως πολλὰ καὶ ῥῆσιν ἐν ἀλλήλοις εἴεν, ἀλλ' ὅπως οἷς ὅτι συμπερὸν καὶ ὁλίγιστοι*: Non fuerint concordēs vnquam aut inter se amantes ciues, vbi mutua multe lites iudiciales sunt, sed vbi breuissima, & paucissima. Nota hac vltima: vult non paucas solum lites, sed breues. Ego tecum: nunc vbi sumus? vna aliqua lis Metonis annum tenet. Fit inuolucris legum, sit sordibus aduocantium: & compendinationes istæ ad quæstum & lucellum eunt. Per symplegadas, nauigatur colchos, & aureum vellus.

Nec ille, nec ego veros juris & iustitiæ consultos culpamus, sed raptos, piratas, latrones in foro, in vrbis oculis secure prædantes detestamur, instrumenta fraudis & imposturæ tollenda censemus.

Principes detestantur lucos.

Neque nunc aliud sentiunt Principes Germaniæ, nam perpetua de reformatione iustitiæ & tribunalium querela est. Videantur omnes imperii recessus, sed in tanto exercitu eorum quos lites alunt, nisi legum æquatione id consequi non poterunt. Semper ex ipsis iustitiæ, legumque sacrariis, contra jus, æquitatemque arma dabuntur.

Legibus potius, quam iudicib. relinquenda multa.

§. 8. Verum tuentur legum suarum varietatem, multitudinemque magno & difficili argumento viri docti. Primo quidem Aristotelis in hanc sententiam autoritas adfertur, libr. 1. Rhetic. cap. 1. *μάλιστα ῥῆσιν ἐν ποσὶ καὶ τῶς ὁρῶς κερδὺς νόμος, ὅτι ἐνδεχεται πάντες διορίσιν αὐτὸς, καὶ ὅτι ἐλαχίστη καὶ ἀλείπειν ὅτι τοῖς κερδὲσι*. Maxime igitur conuenit, recte latas leges, quæcumque possunt, per seipsas distinguere, & quam paucissima relinquere iis, qui iudicant. At si de plurimis leges constituere oportet, paucissimaque relinquere illis, qui iudicaturi sunt, necessarium est leges plurimas esse.

Itaque eo considerationem vertunt, ut disputent; an melius sit ciuitatem sine legibus, magistratuum, & iudicum æquitate & prudentia gubernari, an omnia legibus distincte comprehendi? Qua quidem in re illis consensio, nempe legibus vtendum; ita Aristoteles eodem loco. Primum quia facilis est vnus

Index ex lege iudicat, & circumstantiis causam intelligit.

habere, & paucos quam multos, qui bene existiment, & possunt legem ferre, ac ius conformare. Deinde, legumlationes ex longi temporis considerationibus sunt: at iudicia de repente, ut difficulter recta habeant iustitiæ & vtilitatis rationem illi, qui iudicant. Atque quod omnium est maximum, quia legislatoris iudicium non est de rebus singularibus, nec de presentibus, sed de futuris, & de vniuersalibus: at concio, & index de

presentibus ac definitis iudicant, quibuscumque & amor & odium, & propria vtilitas coniuncta sapenunero est, ut non possint amplius perspicere satis id, quod verum est, sed obscurer iudicium propria incunatas, vel molestia. Ac de alijs quidem, quemadmodum dicebamus, oportet quam paucissimis efficere dominum disceptatorem. Verum de re facta, aut non facta, futura aut non futura, quæ est, aut non est, omnino disceptatoribus relinquendum iudicium est, non enim fieri potest, ut hæc legislator provideat.

Euentu legibus comprehendenda non possunt.

Hæc me nulla ratione permouent, ut legum multitudinem, quæ nunc est, approbem. Nam plurima ex similitudine causarum, ex conjecturis, & commentantium ingenijs iudicant, multa enim euenta, multiq; casus, nunc in illa legi, & interpretationum infinita multitudine non comprehenduntur, itaque hæc in parte inopia legum premimur. Deinde Copia etiam hic deterior est, quam inopia legum. Multitudo enim quæ pluribus euentis accommodanda dicitur, calumnijs varijs occasionem præstat; Legibus enim illis, quibus iustitia in vna causa protegi posset, multæ causæ opprimuntur; Tertio. Nichil hoc ad tot similes, contrarias, dubias, obscurasq; leges, ex tollantur, cæteræ vniuersaliter ferantur, vbi flagitiosa argutia litem interferit, verbo addito vel mutato eatur obuam. Quarto, si claræ leges sint, si iudicium integritati sit prospectum, multæ, & eaque grauissimæ causæ facile decidentur, nec iudici multa libera relinquuntur arbitria; cum nunc in nostra legum multitudine omnia penè libera relinquuntur, quam enim hodie sententiam iudex pronunciat, quæ non legis alicuius approbatione, vel contorfione firmetur?

Multa leges multa iudici relinquunt.

Porto iudicis licentiam cohibere poterunt plurima, utpote, visitatio, & sententiæ examen, appellatio, assessorum consilia, Academicarum dogmata. Denique quid vetat leges esse multo breuiiores? Exemplum desideras? L. 2. tit. 7. Vetatur ne quis eum, qui in ius vocabitur vi eximat. Res clara his legibus tractatur.

Hoc edictum prætor proposuit, ut metu pæna compesceret eos, qui in ius vocatos, vi eripunt. 1. Denique Pomponius scribit, serui quoque nomine noxale iudicium reddendum: nisi scienter domino id fecit: tunc enim sine noxæ deditioe iudicium suscipiat. 2. Oplius putat locum huic edicto non esse, si persona que in ius vocari non potuit, exempta est: velati patens, & patronus, cæteræque persone, quæ sententia mihi videtur verior. & sane fideliqui, qui vocat: non deliquit qui exemptus.

Nemo eximendus qui in ius vocatur.

2. Nam cum vterque contra edictum faciat: & libertus, qui patronum vocat: & is, qui patronum vi eximat: deteriore tamen loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet. Eadem æquitas est in eo, qui alio, quam quo debuerat in ius vocabatur. Sed & fortius dicendum est non videri vi eximi eum cui sit ius ibi non conueniri.

3. Quod si seruus quis exemptus in ius vocatum, Pedius putat cessare edictum, quoniam non fuit persona, quæ in ius vocari potuit, quid ergo? ad exhibendum erit agendum. 1. Si quis ad Pedaneum iudicem vocatum quem eximat, pæna eius edicti cessabit. 2. Quod prætor præcepit, vi eximat: vi, an & dolo malo? sufficit vi, quannus dolus malus cesset.

4. Sed eximendi verbum generale est, ut Pomponius ait, eripere enim est de manibus auferre: per raptum eximere quoquo modo auferre: ut puta si quis non requirit quem, sed moram fecerit, quo minus in ius veniret: ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: videbitur exemisse, quamuis corpus non exemerit. Sed & si eo loci retinuerit, non abduxit: his verbis tenetur. 1. Item si quis eum, qui per calumniam vocabitur, exemerit, constat eum hoc edicto teneri. 2. Prætor ait, neue faciat dolo malo, quod magis eximeretur. nam potest sine dolo malo id fieri: veluti cū iusta causa est exemptionis.

5. Si per alium quis exemerit, hac clausula tenetur, siue praesens fuit, siue absens. 1. In eum autem qui vi exemit, in factum iudicium datur: quo non id continetur, quod in veritate est: sed quanti ea res est ab actore aestimata, de qua controuersia est, hoc enim additum est, ut appareat, etiam si calumniator quis sit, tamen hanc poenam eum persequi. 2. Docere autem debet quis per hanc exceptionem factum, quo minus in ius produceretur. Ceterum si nihilominus productus est, cessat poena: quoniam cum effectus sunt accipienda. 3. Hoc iudicium in factum est, & si plures deliquerint, in singulos dabitur, & nihilominus manet, qui exemptus est, obligatus. 4. Heredibus autem ita dabitur, si eorum inter sit. Neg, autem in heredem, neg, post annum dabitur. 5. Is, qui debitorem vi exemit, se soluerit, reum non liberat, quia poenam suam soluit.

Multas disputationes tam pauca verba genuerunt. Cur non igitur clare proponitur, & breuiter. Nemo seu seruus, seu liber, legitime in ius, coram iudice competente vocatum, vi, dolo malo per se vel alium eximat, aut moretur, ut venire non possit. Hac quidem commode pluribus explicatur, sed possunt multo breuius, & in tanta ingeniorum imbecillitate etiam debent. Nam reuera in multis ratio naturalis iustitiam docet; Quid enim opus est addere. Ei qui contra jus & aequum ad tribunal rapitur posse succurri, & ab extrahentibus liberari? Cur enim hominem à bestiis, aut latronibus circumuentum recte periculo eripimus, à calumniatoribus autem agitarum afflictumque desermus? Calumniatoris est venenator, quam bestiarum morsus. Quid igitur superest, quam ut legum minuendarum decemuri constituantur, eeq; à summo magistratu confirmantur?

§. 9. In legibus Romani Imperii aliud etiam requiro, Quod vsus & necessitas approbavit. Nempe nimium multas esse generales, quas per leges municipales, & statuta prouincialia abrogare oportuit. Cum enim ea sit hominum, locorum, negotiorumque diuersitas, ut quod alibi iustissimum est, alio in loco iniquum sit, opus fuit per prouincias, oppida, pagos leges accommodatas condere. Videmus sane ad naturalem aequitatem esse necessarium, ut in viribus, & pagis diuersa leges sint. Quibusdam in locis feruatur, ut filii prioris matrimonii immobilia bonorum tam paternorum, quam maternorum sint in solidum haeredes, at conjugii alterius soboles omnia mobilia, pecus, suppellectilem, pecuniam tanquam suam hereditatis partem adit. Hoc non iniustum videtur in iis locis, ubi primariae opes in vinetis, agris, pascuis, domibus esse censentur, in vrbe verò, ubi mercium, & pecuniae magna vis est, agros paucissimi habent, aliud jus constituendum est.

Hinc facile apparet, cur vno iure omnes gentes, ut nec debeant, nec possint, imo cur regiones quae olim Romano iure vsi sunt, illius leges paucas retineant; Quin & in ipsa Germania diuersa iura inueniantur. Belgica, Saxonica, Aultricae ditiones suo quodam peculiari iure vtuntur.

Oritur ex hisce confutionibus alia quoque difficultas, fecunda litium mater. Pacta videlicet priuata. Edicti de pactis naturalis est aequitas, & l. 2. tit. 14. quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placeant, seruare. Hinc matrimoniorum pacta dotalia, hinc venditionum, & contractuum mille conditiones, cautionesque, quae mutuo sese intrincant. Nam contra pacta plurimae dantur exceptiones, deinde nunquam ita caute concipi possunt, ne calumnia sinum aut latebram rimetur, quae se pactis insinuet, vel enim dicet esse contra jus commune; vel alia pacta, hinc tam multiplices sunt vnus agelli literae, quas perdidisse, vel non satis intellexisse tam periculosum est, quam agrum aquis mersum esse. Quo fit, ut dum litet fugere, concordiam fouere fratres & cognati, affi-

nesque maximopere student, per ipsam industriam, se posterosque in lites, & pugnas conijciant. Itaque experimur, quod mouit Tacitus: Corruptissima Republica plurima leges; quodque inde consequitur plurimi rabulae, quemadmodum in aedibus, ubi plurimi, & grauissimi morbi grassantur, omnia medicamentis plena videmus. Factum est, quod olim Rempubliam Thuriarum afflixit, de qua Strabo lib. 4. Zaleucum Thuriarum paucas olim & simplices leges dedisse; sed alios secutos, qui alias per subtilitatem, & supernacancam curam adderent, ex quo factum sit, ut celebres magis quam boni euaderent.

CAPVT XII.

Leges iustas, aequabiles, moderatas esse oportere.

§. 1. Non sunt omnium gentium leges & instituta iusta: Vere Cicero l. 1. de legib. Iam vero fluitissimum illud, existimare omnia iusta esse, quae scita sint in populorum institutis, aut legibus. Etiamne, si quae sint tyrannorum leges, si triginta illi Athenis leges imponere voluissent? Aut, si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco haec leges iustae haberentur? nihilo, credo, magis illa, quam interrex noster tulit, ut dictator, quem vellet ciuium, indicta causa impune posset occidere, est enim vnus ius, quo deuincta est hominum societas, & quod lex constituit vna. Quae lex est recta ratio imperandi, atque prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta vsquam, siue nusquam.

Multa leges iniustae.

Et deinde: Quod si populorum iustis, si principum decretis, si sententis iudicum, iura constituerentur: inuenerat latrocinari: ius adulterare: ius testamenta falsa supponere, si hoc suffragis, aut citis multitudinis probarentur. Quae si tanta potentia est stultorum sententis, atque iustis, ut eorum suffragiis natura vertatur: cur non sanciant, ut, quae mala perniciosaque sunt, habeantur pro bonis, ac salutaribus? aut cur, cum ius ex iniuria lex facere possit, bonum eadem facere non possit ex malo? Atqui nos legem bonam à mala, nulla alia nisi naturae norma diuidere possumus. Nec solum ius à natura diiudicatur, sed omnino omnia honesta, ac turpia.

Lege mala non reddatur honesta.

Et Augustinus; Nam tunc, id est, inter secundum, & postremum bellum Carthaginiense, lata est etiam illa lex Voconia, ne quis heredem feminam faceret, etiam vnicae filiam. Quae lege quid iniquius dici, aut cogitari possit ignoro. Id sane mirum publice gentibus non modo iniquas, sed stultissimas etiam leges placuisse. Aethiopes Regem ex popis suis, qui maxime fanatico discursu numinis instinctu se plenum iactaret, eligebant. Apud eosdem, si rex cuidam apparitorem mitteret, qui mortem denunciaret, mox propria se manu conficiebat. Lex quaedam Aegyptia furibus confessis, quartam furti partem donabat. Pœni sponsas regum libidini offerebant, ne virgines in mariti domum ducebantur. Nasamones etiam conuiuiarum ludibriis offerebant. Massagetarum in propatulo concubitus erant. Troglodytis vxores erant communes. Quidam Arabum nulla sanguinis ducta ratione pecorum ritu miscebantur, externus concubitus pro adulterio erat. Medorum eo vsque luxuries progressa est, ut lege cauerent, ne infra septem vxores quispiam haberet. Indorum Regum quorum custodes erant feminae emptitiae, quarum si eum aliqua occidisset, proemium patricidii habebat nuptias successoris.

Gentilibus publice iniquae placuerunt.

Indorum aliorum legibus parentum & sociorum carnes in epulas cedebant; quae ne morbo deteriores fierent, agrotos occidebant, addita causa. Tu corrumptis mihi carnes. Mitius Ifedones, qui mortuis demum parentibus vescantur. Romani monstrosos

B b 3 partus

partus abiciebant. Lacedæmonii improbatos infantes in locum, quem vocabant apothecas, abiciebant. Finis non fit, si leges iniquas enumerare velim. Quas leges & iura merito negarim. Et mecum vir iustus, & sanctus, Aug. l. 19. de C. Dei c. 21. Quid autem dicat iuris consensum, disputando explicat: per hoc ostendens geri sine iustitia non posse Rempublicam: ubi ergo iustitia vera non est, nec ius potest esse. Quod enim iure fit, profecto iuste fit. Quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta: cum illud etiam ipsi ius esse dicant, quod de iustitia fonte manauerit: falsumque esse, quod à quibusdam non recte sentientibus dici solet: id esse ius, quod ei qui plus potest, utile est. Si non ius, nec ergo lex, quæ quod legitimum est constituit, & in qua ius est.

Iniquæ leges, non sunt leges.

In natura legis est iustitia.

Deus iniustum imperat: non potest.

Iusta iuste lex imperat.

Lex totius bonum, non partis amet.

Æqualitas humana societatis fundamentum.

§. 2. Qua ex re etiam definitio, quod Iurisconsulti, & Theologi proponere solent. An sit de essentia legis, ut iusta sit: Respondendum enim est: Legem quæ iusta præcipit nullo modo legem esse. Neque enim obligat quemquæ ad parendum, & omnibus imposita est lex summi numinis, quæ iubentur legi iniusta præcipienti non parere. Lex diuina semper necessario iusta est, quia ratio diuinæ legis, est eius voluntas per essentiam suam infinitissime iustissima. Ideo non potest quicquam nisi iustum præcipere; quamuis interdum iubeat, quod iniustum videatur, quod tamen summa eius potestas iustum facit, ut cum Abrahamæ immolatione vni geniti filii imperat. Quæ autem nunquam fieri honeste possunt, ea non potest imperare. Ut odisse Deum, superbire, inuidere.

§. 3. Deinde non modo iusta sint oportet, quæ lex mandat, sed necesse est, ut iuste imperet. Hoc est autoritatem legitimam, & iurisdictionem habeat. Alioqui lex non est, nec vim obligandi habet. Iniustæ porro leges multis modis fiunt; sed vno præcipue, cum in vnius gratiam partis, in aliorum detrimentum feruntur. Cum optimatum, vel regis, vel populi potentia per ambages queritur, quarum legum in executione & oppressione malitia apparet. Nam in populari regimine plebem armat ad bona locupletum occupanda; in Aristocratiâ ex liberis ciuib. mancipia nobilium destituit. In regno fiscum in immensum auget. Interdum etiam eo dementia affurgit, ut contra diuinas leges scita sua stabiliat. Sic Nabuchodonosor statuit, ut statua adoraretur, quod non faciendo, Hebræi Deo placuerunt. Manet aurea sententia æternæ veritatis. Quicquid, legibus imperatorum, quæ contra Dei veritatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande premium. Iusta igitur fuerit, si non patri hæreat, sed totum, hoc est communem utilitatem spectet, si iustitiam commutatuam, & distributiuam tueatur, & propugnet. Et hac quidem in re, dum aliorum commoda, vel onera in alios deriuantur magnū periculum est, ut dixi.

§. 4. Ad legem itaque necessarium est, quod sæpe monui, ut æqualitatem faciat. Hoc fundamentum est pacis, & caritatis in Republ. Arist. l. 5. de morib. c. 10. Est autem inter eos, qui communitate & societate vitæ inter se coniuncti sunt, homines liberos & æquales vel proportionem, vel numero, ut rerum ad vitam degendam necessariarum copiis per se abundent, nihilque foris requirant. Itaque, quibus hoc non est, eis inter ipsos non est ius ciuile, sed ius quoddam, & ex illius similitudine sic appellatum. Communi enim iure vtuntur ii, quibus & lex inter ipsos communis est. Lex autem eorum communis est, quorum & iniustitia est. Iudicium enim, iuris & iniuriæ disceptatio est. Inter quos autem iniustitia locum habet, inter hos & iniuria faciendæ locus est, non continuo in iis omnibus iniustitia reperitur. Est autem iniuriam facere, eorum, quæ absolute bona sunt, sibi plus tribuere, minusque, eorum, quæ absolute mala. Itaque, hominem non sinimus imperare, sed legem aut rationem, quia hoc ille sibi facere consuevit, sitque tyrannus. Est autem is, qui præest, iuris custos. Quod si iuris, ergo & æqualitatis.

Et eadem mente Cic. l. 2. de off. Nam cum premeretur

initio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant: ad vnum aliquem confugebant, virtute præstantem: qui cum prohiberet iniuria tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat. Eademque constituendarum legum fuit causa, quæ regum. Ius enim semper quæsitum est æquabile, neque enim aliter esset ius, id si ab vno iusto, & bono viro consequeretur, eo erant contenti, cum id minus contingeret, leges sunt inuenta, quæ cum omnibus semper vna atque eadem voce loquerentur.

Ius nisi æquale sit, non est ius.

Phidon quidem Corinthus ductus ratione in speciem non mala, sed quæ ad leges ferendas vtilis minime fuerit; domos enim æquales, & multitudinem esse voluit, quamuis initio sortito obtigissent bonorum partes magnitudine inæquales. Verum hanc æqualitatem nemo legislator prudens requirit.

Æqualitas Arithmetica non est querenda.

§. 5. Maxime curandum est Principi, ut leges moderatae sint. Quæ moderatio tam in ipso rerum genere, quam pœna violatoribus constituta cernitur. In ipsis legibus obseruandum est, ut quæ præcipiuntur fieri possint. Quod enim supra nostram potestatem est, mandari non potest, multo minus obligare quemquam, aut obnoxium pœne reddere. Legis certe capax non est, nisi in quo est libertas: illa facultas est eius, quæ cuique libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. §. 1. de iure pers. l. 4.

Ius nisi moderatum est, iniuria est.

Facultas est & vnaquis, qua facere possumus, nec adfert necessitatem ut fiat, sed ut fieri possit. Legem de rebus, quæ omnino fieri nequeunt, nemo nisi insanus feret; quemadmodum Ægyptius ille tyrannus omnium tyrannorum archetypus. Non do vobis paleas, ite & colligite, sicuti inuenire poteritis; nec minuetur quicquam de opere vestro. Huiusmodi tyrannum nobis Deum fingunt illi, qui legem impossibilem clamant. Imitatus cum est Dionysius Syracusanus, sed lenius; postquam enim exactioibus populum exhaustisset, & ad nouas contributiones exandescere videret, negotium fortiter vrsit, non ignarus, iram ex dolore amittenda pecunie natam esse. At cum demum securos, & ridentes cerneret, credidit nihil superesse, ideoque legem esse impossibilem. At multi leges ferunt difficiles, onerosas, quæque spectata fragilitate, & consuetudine impossibiles videntur. Nam leges non modo communi hominum generi, sed consuetudini, & patriæ moribus, temperatas esse oportet. Consuetudini, inquam, nisi illa praua sit. Itaque lex illa Mahometana, qua vinum vetabatur tyrannica fuit: multos enim tanta mutatio potus ante diem obire mortem coegit. Nec minus Lycurgus accedendus de legum duritie, quas breui Sparta reiecit. Quas Romani recipere renuerunt, ut Aug. l. 2. c. 16. Quamuis n. ille se eas ab Apolline accepisse confinxerit, tamen id Romani prudenter credere noluerunt. Talis erat lex ab Ammonite data virtus Iabegalaad, de eruenendis oculis dextris.

Lex possibilis sit.

Non onerosa & grauius.

Deinde leges iniquæ censentur, cum iusta pœnæ moderatione carent. Leges Draconis minima quæque pœna capitali sanxerunt, ideo vere crudeles, & Draconinæ appellatae sunt, ocium enim & desidiam morte puniebant. De pœnis suo loco dicam. Hic monendus legislator, ut memor humanæ fragilitatis semper pœnam sistere velit intra culpæ meritum, nisi in atrocibus; ut expositum capite de clementia.

Leges valde difficiles pro impossibilitate habentur.

§. 6. Primum igitur sæuæ rescandæ sunt. Ita Solon leges Draconis correxit, ita Romani multas emendarunt. Pulchra est Tertullin in Apolog. c. 3. hac de re disputatio. Sed quoniam cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum adstruatur auctoritas aduersus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratum necessitas obsequii præferatur veritati: de legibus prius concurrem vobiscum, ut cum tutoribus legum. Iam primum cum dure definitis dicendo, non licet esse vos, & hoc sine villo retractatu humaniore præscribitis, vim profitemini: & iniquam exercetis dominationem: si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere.

Leges autem difficiles corrigenda.

Quod

Quod si quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio id non debet licere quod male sit, & vtrig, hoc ipso prauidetur licere quod bene sit. Si bonum inuenire esse, quod lex tua prohibuit, nonne ex illo prauidetur prohibere me non potest, quod si malum esset iure prohiberet?

Lycurgi leges emendatae.

Silex tua erravit, puto ab homine concepta est, neq, enim de caelo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut respicere in reprobanda? Nonne & ipse Lycurgi leges à Lacedaemoniis emendatae, tantum auctori suo doloris inculcerunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicaret.

Romana leges emendatae.

Nonne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem & squalentem siluam legum nouis Principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis & caditis? Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogant, quam Iulie matrimonium contrahi, post tante auctoritatis senectutem, heri Seuerus constantissimus Principum exclusit? Sed & iudicatos in partes secari à creditoribus, leges erant: consensu tamen publico crudelitas posset aera est; & in pudoris notam capitis poena conuersa est, bonorum adhibita proscriptione, suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.

In legibus 12. Tabularum c. 8. de nexis. Tertiis nudinis capite penas luto, aut trans Tiberim peregre ito. At si plures erunt, id est si plures creditores, quibus addictus est debitor. Tertiis nudinis partes secanto, si plus, minusue fecerunt, sine fraude esto. Hanc legem etiam Romuli, crudelem, anno urbis 630. abrogarunt. Sublata est etiam auarissima veterum legum crudelitas in miserimos hominum, Romanae mancipia, qui cum aeterna nobilissimam seruitutem tolerassent, velut pecora in utilitatem vendebantur ad bestias. Late patens, & in multa centena millia grassata crudelitas, sero demum refracta. Lege Cornelia de Sicariis teneri responsum est, qui seruum sine iudice ad bestias dederit, vendiderit, emeritue eius rei causa. Modestini l. circumedere. §. 1. ad l. Corn. de Sicar. Cum vero crudelitas augetur, Senatus consultis, & lege Petronia, adempta est dominis potestas seruorum suo arbitrio, sine iudicio sententia ad bestias tradendi. Martianus idem vetuit; & demum tota illa potestas vitæ & necis dominis ablata, imo etiam ne supra modum saeuirent, quamuis citra mortem, cautum est. Mart. l. domini. 42. de contrah. empt.

CAPVT XIII.

Leges haud facile mutandas esse.

Iusta causa est, cur leges mutantur.

§. 1. Mutari posse leges, atque adeo debere; crebroq; mutatas esse iam teste Tertull. docui. Voluit hoc Iulius Caesar, tentatum est sub Adriano, fecit Theodosius, Iustinianus, Carolus Magnus, Alphonfus, Carolus Quartus, & nunc indies Principes. Quia non modo locis, & moribus, sed temporibus etiam sunt accommodandæ. Imo id fieri posse docent ipsi libri legum, & August. lib. 3. Confess. c. 7. Et non nouerant iustitiam veram internam non ex consuetudine iudicantem, sed ex lege Rectissima Dei omnipotentis, quae formarentur mores regionum & dierum pro regionibus & diebus, cum ipsa vbiq; ac simplex esset, non alibi alia, nec alias aliter, secundum quam iusti essent Abraham & Isaac & Iacob & Moyses & David, & illi omnes laudati ore Dei, sed eos ab imperiti iudicari iniquos, iudicantibus & humano die, & vniuersos mores humani generis ex parte moris sui meritis tanquam si quis nescius in armamentis, quid cuiq; membro commodatum sit, Ocrea velut caput conegi, & galea calceari, & murmure quod non apte conueniat: aut in vno die indicto à pomeridianis horis iusticio, quisquam stomachetur, non sibi concedi, quid venale proponere, quia mane concessum est: aut in vna domo videat aliquid tractari manibus à quoquam seruo, quod facere non sinatur qui pocula ministrat, aut aliquid post praesepia fieri quod antemensam prohibeatur, & indignetur, cum sit vnum habitaculum & vna familia, non vbiq; atq; omnibus idem tribui. Sic sunt isti qui indignantur cum audie-

runt illo saeculo licuisse iustis aliquid, quod isto non licet iustis, & quia illis aliud precepit Deus, istis aliud pro temporalibus causis, cum eadem iustitia vtrig, seruierint: cum in vno homine & in vno die, & in vno edibus videant aliud alii membro congruere, & aliud iam dudum licuisse, & post horam non licere, quiddam in illo angulo permitti aut iuberi. & in isto iuste vetetur & vindicetur. Nunquid iustitia varia est & mutabilis? Sed tempora quibus praesidet, pariter eunt, tempora enim sunt. Homines autem quorum vita super terram brevis est, quia sensu non valent causas contexere saeculorum priorum, aliarumq; gentium quas experti non sunt, cum his quas experti sunt, in vno autem corpore vel die vel domo facile possunt videre, quid cui membro, quibus momentis, quibus partibus personae congruat, in illis offenduntur, his seruiunt.

Idem quoque sentit Aristot. l. 2. polit. c. 8. Dubitant enim quidam, vtrumne detrimentosum, an vtile sit, leges patrias mouere & mutare, si qua sit alia melior. Itaq; non est facile ei, quod dictum est de premio is decernendo, quia aliquid ex usu ciuitatis, assentiri, & concedere, si non expedit Reipubl. quicquam immutare. Euenire autem potest, ut aliqui suadeant vel legum abrogationem, vel Reip. administranda forma commutationem, tanquam commune bonum. Sed quoniam in hunc sermonem incidimus, praestiterit etiam pauca hac de re disputare. Habet enim, ut diximus, dubitationem. Et videtur sanè satius esse commutare. In aliis enim scientiis hoc profuit: ut medicina commutata à patriis institutis, & ars corporum exercendorum, quam gymnasticam Graeci appellant, omnes deniq; artes & facultates mutatae magnas rebus publicis utilitates attulerunt. Quare quoniam & civilis prudentia in his numeranda est, nimirum de ea quoq; necessario idem est sentiendum. Argumentum eorum quae dicimus, ex factis & euentis sumere possit aliquis. Leges enim antiquas valde simplices esse, & barbaricas. Nam & gladios gestare, & vxores alter ab altero emere Graeci solebant: reliquaq; antiqua instituta, stolidia prorsus & stulta sunt: verbi gratia, lex est Cumis de iis, quae ad eadem pertinent, si quis accusator aliquem testium numerum produxerit, qui sibi cognati sint, reum cadis poena teneri.

Male igitur tollendæ celeritè, quæ videntur inutiles, lente. Agelilaus ob Leuetricam pugnam vno die leges suspendit, quia quidem re ostendit, leges & stables esse debere, nec penitus immutabiles. Praestat vero labi & sensum interire, permittere.

§. 2. Legum perseverantia vel est omnino immutabilis, vel certo modo. Simpliciter immutabilis est lex aeterna & naturalis; nam illa à Deo aeternum mansura lata est, & materia obiecta ejus, ex se honestum est, indeq; abrogari obligatio non potest. Lex vero Dei caeremonialis vetus jam abrogata est, non ad finem mundi perseverabit. Leges humane mutari possunt, nec vlla ita ferri potest, ut perpetuo sit immutabilis; quia à legislatore, ut successore, qui pari sit potestate praeditus, vel Repub. ipsa potest abrogari. Franciscus Soarez triplicem legis humane perpetuitatem agnoscit. Prima quia cum legislatore non moritur, secunda; quia posteros obligat. Tertia, quia semper durat, donec vel reuocetur, vel materia ejus ita mutetur, ut iusta esse desinat. Primo modo fere legislator obligat, & ea est legum consuetudo, sic enim nunc legem distinguunt à præcepto, quod temporarium est. Sed hoc jam vitatum est, olim lex etiam dīcebatur præceptum, aut iustum temporarium. Malim itaque legem distinguere in temporariam, & perpetuam. De hac igitur agendum duratione.

Lex naturalis est immutabilis.

Lex humana tribus modis dicitur immutabilis.

§. 3. Dicendum itaq; arbitror, Legem cujus fundamentum manet, nec materia iniusta efficitur, non facile immutandam esse, quamuis antiquario illius in speciem commoda videatur: nisi manifeste appareat nouam legem fore praesenti temporum statui commodiorem, nec noua incommoda ex illa mutatione oritura constet. Prudenter sane Cleon censuit, meliorem esse statum Reipublicae, quae legibus vitur deterioribus, sed firmis, ea, quae frequenter eas commutat.

Quando lex mutanda.

Constantia saepe praestat melioribus.

Ratio

Commoda
sibi, nocu-
menta re-
storib. im-
putant.

Ratio primaria est. Quia nouitas semper sus-
picionem, ex suspitione querelas; inde commotio-
nem populi, aut optimum efficit. Veterum enim
legum abrogatio nonnullis nocumentum adfert,
noua vero lex quibus prodest, non facit eos amicos
legislatori, quia suspectam habent, quia de eius con-
stantia dubitant, verenturque ne inter tot mutatio-
nes, & illa mutetur. Itaque quibus onerosa est muta-
tio, damnum in solidum principi imputant quibus
lucro, aut honori est; quia sui rationem in commu-
ni lege non putant habitam, non existimant, se villo
beneficio obligatos esse, quæ enim in commune
dantur, ea debere sibi quisque iudicat.

Periculosum
est legem
nouam fer-
re.

Nec expedit inualefcere eam opinionem in fe-
renda lege non publici commodi, sed priuati fauo-
ris, aut alienationis à certo hominum genere habi-
tam esse. Hæc enim opinio odiorum, discordiarum-
que fomitem suggereret, & eos quoque quos iuuat, of-
fendit, & inuidiosos, ideoque inuisos efficit. Res ita-
que plena periculi nouam ferre legem: Non modo
apud Locenses, ubi inserto in collum laqueo legem
suadebant, vt nisi persuasissent continuo obstricta
gula suffocarentur: sed in omni Republica, quia plu-
rimos offendi, nullos nisi leniter conciliari necesse
est.

Veterum le-
gum dam-
na apparer-
e, nouarum
latent.

§. 4. Altera accedit ratio: Ex ingenii humani im-
becillitate & tenui prouidentia, quæ legis qua vitur
offensiones animaduertat, sed alterius, quam medi-
tatur, prouidere omnes non potest. Stipendium
Romani ciuibus suis ad Veios militantibus consti-
tuerunt. Grata res exercitui, sed grauis pluribus, o-
pus enim erat ætario, censibus, exactionibus, atque
ex eo factum, credo vt Camillo offenderentur. No-
uarum legum cupidus vsu venire consuevit, quod iis,
qui via difficili, & contragosa iter carpunt, qui feli-
ces eos prædicant, quos leni agmine aquarum secun-
do fluuiio delabi cernunt, sua mala alienis bonis
comparant; at ubi ventos insurgere, jactari cym-
bam, impelli in arenas, allidi ad scopulos adinad-
uertunt, jam de suo se ipsi labore solantur. Magnis
contentionibus plebs Romana obtinuit, vt patriciis
suis æquaretur, leges ea de re conditæ sunt, auspicia,
sella curulis, sacerdotia, ipsa dictatura penes ignobi-
les fuit, sed ab eo tempore sibi semper infesta ciuitas
fuit, donec per ciuilia bella ad seruitutem delabere-
tur.

Ecclesiasti-
carum legum
mutatio.

Videmus etiam in Ecclesia non paucas leges tem-
porum successu mutatas, Episcopos aliquando po-
puli eligebant, & consecrandos offerebant; cum ve-
ro ambitio in illa turba sæpè locum virtuti præpere-
ret, vicinis Episcopis, aut Metropolitano, interdum
Imperatori nominatio concessa est. Cum vero hic,
& fauores, & munera intercedere clarum esset; tan-
dem Collegiis Clericorum potestas illa est delegata;
stetit diu lex illa legitima, & complures insignes An-
tistites dedit. Postea vero in quibusdam praua con-
suetudo inualuit, vt non modo Episcopatus, & sus-
fragia licitarentur, sed priuatis statutis ita Episcopum
irriterent, & constringerent, vt in eos, in quos maxi-
mè debuit vim, vigoremque sacrorum canonum exer-
cere non possent. Ante electionem certa decreta, de
sua libertate, de non reformandis moribus conde-
bant, in quas omnes jurabant. si quis recusaret, non
erat dubium, quin omnium leuiorum animos à se
abalienaret. Ita nouæ semper leges, noua trahunt in-
commoda.

Omnis lex
noua mul-
tis nocet.

§. 5. Nec licitum est quidem nouam legem in re
magni momenti rogare, nisi nouitas magno Reipub-
licæ compendio sit.

Nulla enim pene noua lex est, quæ non multis
priuatim plurimum noceat, necesse est igitur, vt ea sit
vtilitas, aut necessitas publica, quæ priuatorum de-

detrimenta compenset. Priuatos enim cum pars sint
& membra magni corporis, pro publico bono ferre
sua damna patiuntur oportet; si vero singulorum da-
mna, nullo publico insigni emolumento pensentur,
iniqua est nouatio. Imo Respublica læditur, cuius
suo nullo fructu membra vexantur.

Lege saluberrima de consilii, & principum senten-
tia statuit pronuper Christianissimus Ludouicus
XIII. Franciæ Rex, ne dignitates, & officia pecunia
emerentur, neque ab eis, qui emissent, vendi possent.
Innumeros magnis incommodis res illa affecit; sed
quia salus patriæ sanctissimam legem exigebat, non
debit ad eam impediendam paucorum æstimatio,
damnumue interuenire. Præsertim cum eo virtutis
certamen, quam nummorum pollicitationes hone-
stius deducant. Lex igitur illa iustissima, sanctissi-
maque fuit.

At vero si publicus fructus absit, & priuata onera
ingrauescant, crimen erit nouæ legis rogatio. Imo
legis etiam abolitæ reductio.

Cum fatali nomina, factionesque Guelphorum,
& Gibellinorum Italian scinderent, Florentiæ Gu-
elphi principatum tenere, atque vt amat fieri in parti-
um studiis, lege publica Gibellinos à gerendis Magi-
stratibus arcebant; verum tempore lex obsoleuit,
jamque sine discrimine, magnis in dignitatibus erant
tam qui à Gibellinis, quam Guelphis originem duxis-
sent; cum Hunguerio Guelphorum Princeps legem
veterem, & cum lege odia, simultatesque & pristinas
calamitates renouauit, magno Gibellinorum ma-
lo, deinde suorum interitu, nullo rei communis emo-
lumento. Nihil enim perniciosius, quam pro suo af-
fectu administrare Rempublicam, & leges ære figere,
atque refigere.

§. 6. In mutatione hoc etiam periculum est, quod
rerum nouandarum efficiuntur cupidi, qui priuatis
malis vtgerentur. Dum multas legum aboleri intelli-
gunt, spes improbas concipiunt; optimas etiam abo-
leri posse. Postquam enim semel impetus in leges fa-
ctus est, illa, quarum exitium maxima premia secum
laturum videtur, præcipue impugnantur; Quemad-
modum cum vi capta est ciuitas, non ad nocentissi-
morum, sed ad diuitum fortunas diripiendas discur-
ritur, ita quoque optime legum à terribis maxime
impugnantur.

Cum autem multi ad præsentia nauscant, & ad fu-
tura suspensi viuunt, cum verè dixerit ingeniosus Po-
ëta:

Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum.

Nam

*Vilia sunt nobis quæcumque prioribus annis
Vidimus, & sordet, quicquid spectauimus olim.*

Hæc in rerum nouarum studia propensio lenitate
publica adiuari, & irritari non debet, nihil enim a-
deo firmum erit, quod non conuellatur. Nam reuera
continget, quod in canticis fieri Homerus ait;

*Τὴν δ' ἀνδρῶν μᾶλλον ὀφθαλμοῖς ἀνδραγα-
θῆς ἀνδρῶν ἐοικὸς νεώταται ἀμφιπέδεται.*

*Eam cantionem maxime celebrant homines,
Quæ audientibus nouissima accidit.*

Ita verò vt νεώτερά τε αὐτῶν, nouos carminum
flores, ita leges quoque nouas, νέους δὲ ἀνδραγαθῶν ab
incude, & folliis recentes insita curiositate postula-
bant. Cui quidem curiositati inimicus adeo Plato ex-
stitit, vt de legum iustitia, & integritate non modo
disputare, sed querere etiam iuuenes vetuerit.

Noua enim, quamuis meliora, interdum offen-
dunt, quod in cibi, potus, cæli mutatione persentien-
tibus, assueta enim quasi naturalia, & similia iuuant,
noua velut contraria percellunt. Claudam hunc lo-
cum sententia Augustini episcopi ad Ianuariū. Ipsa
quippe

Priuatorum
commodis
constat pu-
blica vtili-
tas & salus.

Obsoleta-
ges sine eni-
denti bono
non redu-
cenda.

Cum fre-
quens ma-
ratio, etiam
optima con-
cutiuntur.

Cum signa
vicioſa exi-
muntur, et-
tiam inte-
gra luxan-
tur.
Nouitatis
studium mu-
tatione li-
gum inuol-
lescit.

Novitas n-
si vitilis sit,
semper no-
cet, media
nulla est.
Mala diffi-
cillime ab-
rogantur.

Lex de
mendicis
validis re-
vocanda.

quippe mutatio consuetudinis (Legis) etiam quæ adiuvat vi-
litate, novitate perturbat. Quapropter quæ vitilis non est, per-
turbatione infructuosa consequenter noxia est.

§. 7. Leges in quibus error aliquis est, quæq; sub-
to feruntur, aut vitio alicui favere videntur, difficili-
me abrogantur. Vitæ, & necis potestas permixta fuit
dominis in servos, antiquissimis legibus, ea magno
conatu, & multis legibus vix revocari potuit. Exem-
plum produco in rebus parvis, quæ tamen vehemen-
ter nocent. Vetus lex est l. ii. c. t. 25. de mendicanti-
bus validis. Cunctis quos in publicum questum incerta men-
ditas vocaverit inspectis, exploretur in singulis & integritas
corporum, & robur annorum, atq; inertibus & absq; vlla de-
bilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem quos
tenet conditio servilis, proditor studiosus & diligens Domi-
num consequatur: eorum vero quos natalium sola libertas per-
sequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis huiusmodi le-
nitudinem prodiderit ac probaverit: salua dominis in eos acti-
one, qui vel latebram forte fugitivis, vel mendicatis subeunda
consilium præsiterunt.

Illius legis abrogatio, aut neglectus, quæ mala ad-
ferat, quis non videt? ociosis, furibus, nequissimis
ganeonibus omnia complentur, cum illis ad labo-
rem adhibitis possit juvari Respublica.

Spētaacula pessimo more, crudelissimis legibus
data sunt, vix Christianorum temporum clementia,
Imperatorumq; potentia ea tollere potuit. Quocirca
magna cura sunt ferendæ, examinandæq; ne vitio ro-
gentur.

CAPUT XIV.

Legem eternam esse aliquam, & omnium le- gum fontem esse.

Decreta sūt
actionum
fundamen-
ta.

§. 1. Quamquam practicam politicen tradere mi-
hi propositum sit, & a speculationib. absti-
nere; quia tamen verum est, Actiones honestas fieri
ex decretis, non tantum præceptis, & artes pleraque,
& ex omnibus liberalissimæ, habent decreta sua non
tantum præcepta. Nulla ars sine suis decretis est,
quæ Græci dogmata vocant. Visum est mihi ea quæ
Theologi & Iurisperiti de legibus docent breui com-
prehendere. Ex his enim leges canonicæ & civiles
derivantur. Sic igitur definiunt.

Lex eterna.

§. 2. Lex eterna est dictamen diuinæ mentis, quo
judicat quædam recta esse, & a creaturis observanda,
cum voluntate obligandi creaturas.

§. 3. Secundo. Lex eterna est regula æternæ, &
practicæ veritatis, ad quam natura omnes creatura
obligantur. Irrationales & brutæ tantum naturali-
ter; intelligentes etiam moraliter.

§. 4. Tertio. Lex illa in Deo est necessario, quia
providentia Dei omnia gubernantur; lex vero est
practica ratio totius gubernationis.

§. 5. Quarto. Ratione ab Idea distinguitur, quia
non est rei faciendæ, sed gubernandæ; deinde oblig-
gat, quod Idea non facit. Hæc lex dicitur in Deo,
quamvis nondum promulgata sit, quod si quis de
voce contendat, molesti non erimus.

§. 6. Quinto. Actiones Dei necessariæ, ut genera-
tio filii, processio Spiritus sancti, non subsunt legi æ-
ternæ; quia ex naturali necessitate, non ex providen-
tia sunt.

§. 7. Sexto. Liberæ actiones Dei non dicuntur
proprie esse sub lege æternæ; quia tamen quodam
modo concipiendi infinita prudentia est ratio san-
ctissimæ voluntatis, quemadmodum immutabilitas
est ratio æternitatis, non incommode dicemus, om-
nes actiones Dei liberæ ab legem æternam esse fa-
ctas. Si enim ipsa diuinæ mentis, voluntatis, poten-

tia effecta sub illa lege sunt, igitur & ordinatio, vo-
luntasque effectorum lege illa regitur, hoc est, à se-
ipsa habet, ut immutabili rectitudine agere possit, &
velit.

§. 8. Sine promulgatione lex illa perfecta esse po-
test, quia natura sunt immutabilia ejus decreta & ci-
tra omnem variationem semper obligant, cum pri-
mum ratione creatura vitur. Per se tamen imme-
diate non obligat, sed per alias leges, quocirca cum
non est creatura, potius obligat potentia, quam
actu.

§. 9. Lex æterna secundum se est vna, quemad-
modum diuina providentia & voluntas. Secundum
suos tamen ad materiam diuersam multiplices respec-
tus, multiplex dicitur. Quemadmodum idea, pro-
videntia, voluntas.

§. 10. Ab hac lege omnis quæ est in cæteris legi-
bus obligatio, promanat. Potestas enim omnis à Deo
est, omnis directio ab æterna sapientia procedit. Lex
quidem naturalis, & lex positiva Dei, si spectentur,
nō ut sunt in conceptu & voluntate Dei, sed ut sunt in
creaturis & promulgatæ, sic effectus legis æternæ
censentur, & ab ea immediate vim habent; leges ve-
ro Principum & Rerum publicarum, non eo modo
derivantur ab æterna, sed potestate & voluntate le-
gislatoris creati intercedente.

§. 11. Lex æterna est omnino immutabilis, neq;
enim Deus eam mutare, rejicere, abrogare potest;
suam enim intelligentiam, bonitatemque abnega-
ret. Præcepta tamen ejus quædam sunt immutabi-
lia, ut non mentiendum, non odio habendum De-
um; nunquam enim tolli possunt; alia vero mutabi-
lia, ut circumcisio, Holocausta, similiaque, quæ legis
æternæ præscripto ad tempus correctionis imposita
sunt.

§. 12. Legis naturalis fundamentum est lex æter-
na; hinc spectatur natura intelligentia, & arbitrio
prædita, ut est possibilis, quod enim illi consentane-
um est, bonum est, malum vero quod ab illa, ut ratio-
nem & voluntatem habet, alienum est atque abhor-
rens. Non est tamen proprie lex naturalis, quia non
est præceptum, imo voluntatem Dei antecedit. Idem
sentiendum de dignitatibus, sed generalibus mo-
rum axiomatis; Non esse malum faciendum, Deum
esse colendum, si illa in natura spectentur, ut in ju-
dicio Dei voluntatem illius antecedenti esse concipi-
untur. Eo enim in statu non habent rationem præ-
cepti.

§. 13. Lex naturalis, ut est in creaturis ratione
utentibus, est dictamen rationis naturalis, ideoque
rectæ; quod bonitatem & malitiam, quæ est in ma-
teria necessaria indicat, quodque diuinam volunta-
tem bona necessaria præcipientem, & mala vetan-
tem, obediendique obligationem promulgat. Om-
nis enim materia naturalis necessaria est, ideo iusta,
quia bona, ideo vitia, quia mala. Quocirca nec vlla
creatura ratione & arbitrij libertate creari potest,
quæ lege naturali non teneatur. Effet enim creatu-
ra, cui peccare liceret, quod fieri non potest. Si enim
liceret, peccatum non effet. Lex illa non per homi-
nes, aut signa promulgatur, sed rationi ipsi insita est,
nec ullus tam barbarus est populus, aut corruptus,
cui imposita non sit.

§. 14. Lex naturalis omnium virtutum varia præ-
cepta, vitiorumque prohibitiones continet. Vna ta-
men lex dici potest, quia sub vna ratione boni natu-
ralis servatur.

Firmum, & vnum tenet apud omnes gentes hoc
jus naturale, si actum primum spectes, hoc est, lu-
men naturale intellectus humani, si actum secun-
dum, siue actuale iudicium, siue etiam praus
habitus ex eo iudicio natos, variationem habet.

Quædam

Quedam enim gentes ita malis moribus judicia naturalia corruerunt, ut contra jus naturale iniquas leges condiderint. Sardi parentes senio debiles fustibus pullatos occidebant, quod nefas dicerent eos inertes & ociosos degere. Aliæ aliis in rebus jus naturæ violabant.

§. 15. Hinc apparet, maxime nos hac lege obligari, non modo ut honesta faciamus, fugiamus turpia, sed etiam ut honeste id faciamus. Debet enim legis impletio, ex scientia, & voluntate procedere.

Lex naturalis semper honesta.

§. 16. Naturalem legem penitus esse immutabilem constat ex ejus materia, quæ cum honesta præcipitur, ita se habet, ut honesta semper sit, & cum turpis prohibetur, talis est, ut honesta nunquam esse possit. Itaque tam negativa, quam affirmativa præcepta semper necessaria sunt, nec unquam circumstantiæ efficiunt, ut præceptum naturale reddatur, inutile, imprudens, vel noxium.

§. 17. Itaque cum furioso gladius non redditur, cum latro occiditur, non peccatur contra legem naturalem, quia jubetur depositum reddi, & vetatur proximi cædes. Legis enim præceptum est; ut depositum iuste, sine alieno periculo, & injuria reddatur, ut propria auctoritate, & injuste cædes non committatur. Nam circumstantiæ efficiunt, ut hæc particularia sub lege generali non contineantur, cum lex naturalis sit, furioso gladium non reddere.


§. 18. Cum lex naturalis lege positiua, vel diuina, vel humana ad certum genus restringitur, & determinatur, non mutatur, sed rota integra manens additionem quandam accipit, sed modum, qui tamen mutari potest. Colendus est Deus; lex positiua modum cultus, adorationis, sacrificiorum, præscribit. Honorandi parentes omnibus, at pro regionum more varius honor parentum est.

§. 19. Itaque nemo in lege naturali dispensare potest. Quia nemo inferior superioris legem abrogare potest; Lex vero naturalis cum sit in materia necessaria nunquam definit, sed nec Deus dispensare potest. Quia quæ sunt immutabiliter mala, ut idololatria & similia, non potest lege vlla facere licita, & quæ sunt bona, non potest lege efficere mala, ut Deum amare, velle bene viuere.

§. 20. Ius gentium materia distinctum à jure naturali præcipui Theologorum tradunt; Ius gentium enim ajunt esse jus humanum, quod à legibus sine scripto, populorum omnium consensu, statutum est, cuius materia ex se nec bona, nec mala sit, sed ex lege recipiat honestatem, aut turpitudinem, atque ideo obliget, quia in eam obligationem gentes consenserunt. Ad hoc jus pertinet; Recipere legatos, & se ipsos dimittere, commercia agitare, celebrare contractus, bello hostes persequi, captos bello servos efficere. Hoc jure gentes, nisi prorsus barbaræ sint vivere omnes cernimus. Quocirca si qua legatos violet, omnium gentium iusto bello premuntur.

§. 21. Ius naturale paulo aliter Iurisperiti definiunt, sed de vocibus est dissensio, in re ipsa conuenimus. Ius naturale vocant, vniuersumque rei naturalem inclinationem. Atque id vocant jus naturale primum; Secundo jus naturale secundarium, quod est hominum proprium, ut stare promissis, neminem lædere; Hoc est, quod naturale simpliciter Theologi appellant. Iurisperiti jus primum gentium dicunt. Ius autem gentium secundarium illi appellant, quod discursu practico collectum est, ut iniunctos esse legatos,

tos.



CAPVT XV.

De adiunctis legum humanarum, & imprimis de interpretatione.

§. 1. **A**ffectus, & circumstantiæ quædam legum sunt, quæ non minus, quam ipse leges Rempublicam vel iuuant, vel premunt. Quorum primum est interpretatio, qua leges vel extenduntur, vel restringuntur, & sensus nobis utrunque exponitur.

Interpretatio legum pro lege est.

Deinde *distinxiō*, cum ex æquo bono lex accipitur, non rigido jure. Terrio, Dispenfatio. Denique abrogatio. De quibus breuiter dicendum est.

§. 2. Maximo quondam in honore fuerunt, atque etiam nunc sunt legum interpretes, sunt enim quasi viuæ leges, & loquens iustitia, Reipublicæ non minus necessarij, quam ipsæ leges, quid enim jura, nisi sint, qui de jure respondeant? Sed hoc sacro & regio officio ad superbiam & avaritiam multi abutuntur. Ratio cur opus sit interpretibus illa est, quia non facile ita in rebus variis, abstrusis, non vtitatis, nomina propria scientiæ habentibus, sine magna omnium consideratione mens legislatoris præcipitur, nisi magna pars earum rerum intelligatur. Quomodo vero nunc infinita legum multitudo interpretationes, & interpretes plures produxerit, & noui interpretes nouas legum expositiones multiplicent supra dixi.

Interpres legi necessarius est.

§. 3. Legum interpretatio triplex est, authentica, v sualis, doctrinalis. Authentica est à Republica, vel magistratu legitimam legis ferendæ potestatem habente. Nam vim legis habet, cum non in vno casu definit, sed sensum legis esse cum auctoritate declarat. De hac loquitur Constantinus, ut est in Cod. de legib. & Constit. Principum. Inter aequitatem jusque interpositam interpretationem nobis solis, & oportet & licet inspicere. Dat. 3. Non. Decemb. Sabino & Rufino Cons.

Interpretationem authenticam sibi duntaxat arrogare censendus est Imperator, quæ est noua quodammodo lex.

Legem authenticam solum Imperator interpretatur.

Sententia enim supremi Principis vim legis habet, & ad similes casus extenditur, ut est in eodem titulo l. vlt. Si imperialis maiestas causam cognitionaliter examinauerit, & partibus cominus constitutis sententiam dixerit: omnes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt, sciant, hæc esse legem, non solum illi causæ, pro qua producta est, sed & omnibus similibus. Quid enim maius, quid sanctius imperiali est maiestate, vel quis tanta superbia fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat. Cum & veteris iuris conditores constitutiones quæ ex imperiali decreto processerunt, legis vim obtinere, aperte dilucidèq; definiunt. Cum igitur & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam subtilitatem tam risimus, quam corrigendam esse censuimus. Definimus autem omnem Imperatorum legum interpretationem, siue imprecibus, siue in iudiciis siue alio quocumq; modo factam, ratam & indubitam haberi. Si enim in presenti leges condere soli Imperatori concessum est: leges interpretari, solo dignum imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriat, & sese non esse idoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurratur? & quare omnes ambiguitates iudicum quas ex legibus oriri euenit, aures accipiunt nostræ, si non à nobis interpretatio mea procedat?

Cui ius dendum est legum, etiam ius ferendum est.

Hæc igitur à *ποσάδος* Principis, ita enim Græci sententiam Imperatoris appellant, legem facit, prioris legis interpretem. Hic est optimus Doctor.

Qui

Printipes
Patria leges
interpretari
vultis
mum est.

In iustitia
scho
lares in pra
torio exer
cendi.

In iustitia
scho
lares in pra
torio exer
cendi.

Extensio le
gis per in
terpretati
onem.

Paritas ra
tionis legem
non exten
dit.

Omnes le
gis genera
lis restrin
guntur.

Qui iuris nodos, & legum anigmata soluat.

Ita intelligendum axioma. Princeps conditor, & interpres legum vicinus. O quam magnas turbas, quam exitio-
sas subtilitates regum maiestas vna voce tolleret, si
leges ambiguas ex aequo, & bono interpretari digna-
rentur. Imo interdum detrahere, addere, demutare
interpretando aliqua, & praesenti temporis accom-
modando, ita factum in cap. 1. de iuram. calumniar.
& c. v. de Cleri. conju. in 6.

§. 4. Visualis interpretatio est, quae consuetudine,
& vsu iam obtinuit, quo praedicta, & iudicia perti-
nent. Haec maxime hodie est visitata. Itaque qui in
Academijs iuri operam dederunt, in camera exer-
centur, atq; id maxime aduertunt, non quam varie
docentes interpretentur legem, sed quid iudices in
summo tribunali pronuncient. Haec enim cognitio
causae acturis in primis necessaria est.

§. 5. Tertia interpretatio est Doctorum, qui non
pronunciando, sed censendo legem exponunt, quo-
rum auctoritas nunc dissensionibus perit magnam
partem, nec, nisi cum legibus institui potest.

Hac in re primo, spectatur aequitas naturalis, de-
inde ex adiunctis mens legislatoris; tertio verborum
proprietas. Quarto aliarum legum similitudo, sen-
sus enim legis dubiae repugnans manifestis legibus a-
liis, falsus est.

§. 6. Magna controuersia est de extensione legis,
quae tum dicitur, cum non tantum pro immediatis
significatis lex accipitur, sed ad alia quaedam exten-
ditur. Quod fit interdum legem intelligendo de so-
lis, & omnibus, quae naturali verborum significatio-
ne comprehenduntur, si sit fauorabilis, nec alia lex,
aut aequitas obstat. Vt cum filius familias exceptione
Senatus consulti Macedoniani creditorem repellit,
intelligimus eodem iure filiam familias gaudere. Fi-
liorum enim nomine veniunt & filiae. Deinde cum est ea-
dem iuris dispositio in lege fauorabili extenduntur
verba ad significationem ciuilem; nam eadem excep-
tione ut possunt filii adoptiui, qui ciuilitate filij
sunt. Tertio. Cum alioqui lex esset nulla vel ab-
soluta, vel iniusta, nisi improprie intelligatur, ad im-
propriam significationem verba extendi possunt.
Vt cum interdictum vbi imponitur, etiam suburbia
intelliguntur. Quarto. Cum lex extenditur pro-
pter similitudinem rationis, vel identitatem. Multi
cum est par ratio, lege eos comprehendendi putant, in
quibus par est.

Verum nullo modo hoc admittendum est, quia
cum vnus rei, vel poenae facta est determinatio, non
ideo licet id ex paritate ad aliud factum trahere. Si id
legislator voluisset, ipse fecisset. Vt lex est; Si ingenua
alieno seruo se miscuerit, conserua eius sit. Paritas rationis
non extendit legem ad ingenuum: Imo ne identitas
quidem rationis, quae hic est. Nam eadem est pecca-
ti grauitas in vtroque sexu, quamquam non ciuilitate
aestimetur. Sane conscientia nullius hac interpreta-
tione obligabitur.

Quarto. Restrictio extensioni contraria est, quae
tum est necessaria, cum verba legis generaliter acce-
pta iniustitiam in aliquo facto continent, aut inno-
centi nocent; nunquam enim praesumitur legislator
nocere velle innocenti. Pleraque leges restrictio-
nem requirunt, quia multa quae legislator praeuide-
re non potuit, accidere solent, quos excipi ju-
sticia cogit. Fallit enim regula, vbi
aequitas aliud sua-
det.



CAPVT XVI.

Leges quandoque cessare, quamuis non abrogentur.

§. 1. Summum jus interdum est summa iniuria, ea-
que nascitur ex rigida legum interpretatione, ca-
huic medetur quam vocant aequitatem, seu *ἐμμενείαν*,
quae tum legem emendat, cum in facto singulari,
quod legislator providere non potuit, si prouidisset
autem, nominatim excepisset, iudicatur lex nomine
obligare. Ita D. Th. 1. 2. q. 96. art. 2.

§. 2. Aequitatis interpretatio nascitur ex legis defe-
ctu, quae vniuersaliter loquitur, quocirca, nec in na-
turali, nec diuina positua locum habet, cum legisla-
tor omnia prouiderit. Haec aequitas cum est euidens,
cuiq; licita est; cum dubia superiori determinanda est.

§. 3. Vt lex obligare non censetur ex aequitate, non
est ratio sufficiens, si cesset causa legis; quia tum so-
lum cessat, in particulari; cum lex peccat, propter v-
niuersale, ut vel iniusta, vel detrimetosa esset, si ser-
uaretur. Vt lex est; Murum nemo ascendat, si ascenderit
capitale esto. Cajus murum ascendit, ut hostem de-
pellat; quis dubitet, inique Cajum citari legis viola-
torem? Ratio vero legitima talis esse debet. Nam
quamuis ratio in particulari cesset negatiue, si mane-
at in communi potest voluntas legislatoris velle e-
um obligare, in quo cessat in particulari.

Alioqui magna dissolutio oreretur in Republica,
multaq; leges sine fraude violarentur, opus est itaq;
ut ratio legis in particulari ita cesset, ut lex iniusta, vel
valde onerosa sit in casu particulari. Exemplo res ma-
nifesta est. Causa cur in murum ascendere capitale sit,
est, ne hostis, vel proditor occasionem perdenda ci-
uitatis aucupetur. Cajus vir optimus, patriae aman-
tissimus, ditissimus est, ejus salus ex incolumitate pa-
triae pender; itaq; periculum nullum est, ne ipse mu-
rum ascendens periculum creet patriae, cessat ergo in
eo casu legis causa; quia tamen manet in communi,
& merito legislator ea lege etiam optimos ciues
comprehendit, ut improbis occasionem praecideret,
tenebatur ea lege Cajus. Si enim is ascendat, multi se-
quentur, qui se quoq; patriae amantissimos asseuera-
bunt, ita improbiissimo cuiq; id concedetur.

Deinde opus est, ut ratio legis adaequata sit, quae
cessat. Tutela committitur proximis agnatis l. i. de
leg. tut. 2. ratio legis est, quod bona nec tutus administra-
ri, nec melius conservari posse, lex crediderit, quam ab eo qui e-
adem ad se suosq; perueniunt aliquando speret. Et dehinc
quia aequum est, ut is qui lucrum sperat, onera quoq;
suscipiat accedit arctior affectus, & amicitia. Fieri po-
test, ut ratio legis cesset, si agnatus nec melius, nec rui-
tius administraturus sciretur, nec pupillos magis dili-
gat, mo ordinarie vicinus, aut alius quispiam amici-
or est, quam cognati. Non tamen a tutela agnatus
repellendus, nisi constet, eum male administraturum
infestum fuisse agnato. Lex Solonis erat huic con-
traria. Τὸν ὀρφανὸν καὶ ὑποκνηστὸν ἐμὴν γοῖαν ποιήσω. Orpha-
norum haeres, tutor ne esto. Ratio, quia periculosum pu-
pillo arbitrabatur esse in ejus potestate, cui mors ejus
esset lucrosa. Lex illa Athenis tenenda fuit, quamuis
haeres pupilli vir integerrimus esset, a quo periculum
non esset. Quod si haeres ille orbis esset, diuesque,
qui sibi pupillum heredem inuicisset, si pupillus
lites haberet, quas ille optime videret, & posset exe-
qui, si magno damno pupillus eo tutore careret, tum
lex per aequitatem abrogaretur. Alioqui si ratio gra-
uis non sit, semper expedit, et particulares communi-
bus se accommodent.

§. 4. Cum lex humana est de rebus adiaphoris ces-
sante causa ejus adaequata, siue negatiue, siue contra-
rie, lex ipsa omnino cessat. Vt si lex in conferendu
tributorum ad exstruendum pontem, eo pacto, cessat
lex

ἐμμενεία
iustitia legi
proponit, &
sic legem ser-
uat.

Ratio ada-
equata ces-
sans, legem
abrogat.

Legum co-
trariae ra-
tiones con-
traria.

lex tributi, imo iniusta est. Causa enim cessante lex est inutilis Reipublice, nec grauanda est legibus, quæ nihil conferunt ad publicum bonum.

§. 5. Hanc ob causam plurimæ veterum abolitæ fuerunt, à Iustiniani jurisconsultis, vt in procemiis fateretur Imperator. Et ex legibus Pandectarum, & Codicum magna pars, quæ nunc aliis legibus emendata est.

Lex bona, & præceptrix alicuius virtutis, non cessat, cessante ratione.

§. 6. Si lex humana legem quæ actum aliquem virtutis imperet, præscribat, quamuis cessante causa, vim obtinebit; satis est enim in ipso virtutis exercitio causa, vt ferenda fuerit, modo non nimium grauis sit. Nam actus ille capax est legis ex sese & natura sua, ideo manet obligatio, donec à Principe auferatur. Exemplum est. Constitutum est, vt contra Arianos initio in Ecclesiis caneretur; Gloria, Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Quia vero actus ille natura sua bonus, & religiosus est; manet lex illa, quamuis Arianorum multis in locis, ne nomen quidem superstit.

Dispensatio sine iusta causa dispensatio.

§. 7. Dispensatio in lege humana fit, cum manente lege, & causa legis in vno, altero quæ, aut pluribus obligatione tollitur.

Lex erat Romanæ libertatis custos; vt in prouinciarum administratione annua esset successio. Lege solutus Cæsar decennio Gallias gubernauit. Alia ex parte actum; vt Pompeius legibus solueretur. Proprie dispensatione dicunt, ad tempus, cū quispiam lege soluitur, alias cum perpetuo liber est à lege, exemptio dicitur. Quando in aliam obligationem conuertitur, commutatio legis dicitur.

§. 8. Potest vero Princeps, siue Ecclesiasticus, siue secularis in suis, & prædecessorum legibus dispensare. Cum enim in eorum potestate sit obligare, etiam erit obligationem tollere, id quæ ab hoc vel illo, prout ratio dicat. Deinde inferior Magistratus in lege superioris dispensare potest, cum tacito vel expresso superioris consensu, vel consuetudine; Quin etiam si res parui momenti sit, & frequens, non adito superiore.

Dispensatio sine iusta causa iusta, non est bona.

§. 9. Vt dispensatio legitima sit, opus est, vt sit legitima illius causa. Nam contra bonum commune est, legibus aliquos solui absque vlla causa; cum se omnes communitati debeant conformare. Deinde princeps suis legibus tenetur, si sine causa dispensare potest, nunquam eis astringetur. Itaque Princeps sine causa dispensando peccat; deinde is qui dispensatione vitium in legem naturalem committit, quæ iubet, partem toti Reipublicæ conformem esse. Res tamen ipsa quæ conceditur, rata est. Quod si iusta fuit causa dispensationis, ea cessante etiam dispensatio cessat, causa redeunte, reddit dispensatio.

Si vero lex simpliciter sublata est, quamuis causa cesset, ante executionem, ea vti potest. Vt si in aliquo dispensatum est in irregularitate propria penuriam Sacerdotum, etsi ea cesset ante ordinem acceptos, manet tamen dispensatio, quia irregularitas omnino sublata est.

CAPVT XVII.

Legem iusta de causa abrogari posse.

Iusta lex abrogatur.

§. 1. Lex iniusta vel ab iniurâ, vel mutatione temporum, legis nomine digna non est; & mutata conditione temporum, cum incipit iniusta esse, etiam lex esse desinit. De abrogatione legis iustæ, utriusque agimus igitur, quæ tum abrogatur, cum grauis est; & abrogatio eius communi bono utilior esse videtur, quam observatio, quæ quidem in re graues causas intercedere necesse est.

§. 2. Abrogare potest conditor, successor, superior sui inferioris, non autem inferior superioris. De potestremo magna sunt litigia; nam quædam vrbes, Principesque, leges municipales condunt, juri Cæsareo contrarias, cuius rei potestatem non habent, nisi à superiore sibi collatam. Periculosum sane est juri communi derogari per leges priuatas. Vt igitur iustæ sint leges Principum, vrbiumque subditarum, necesse est, vt sint juris communis quædam determinationes.

Leges municipales.

§. 3. Omnis lex posterior contraria priori eam abrogat, siue ejus mentionem contineat, siue non contineat. Nam cum simul vim obtinere non possint, voluntas posterior reuocat priorem.

§. 4. Nisi habeat clausulam derogatoriam, non tollit priorem, cum opponitur, conciliari enim possunt, & vtrique vigorem obtinere. Hac de re aliud non occurrit, nisi abrogatio fiat considerare, raro, magnis causis, ob rationes, quas supra attuli.

CAPVT XVIII.

Priuilegia concedenda, sed meritis, & moderate.

§. 1. Priuilegium est quasi lex priuata, seu priuato concessa; definitur lege concessa potestas alicui, vel aliquibus agendi, vel non agendi, aut recipiendi, vel non recipiendi, vltra jus commune. Magna res, & vnde plurimum nocenti adferri Reipublicæ potest, nisi accurate caueatur.

Priuilegia raro concedenda.

§. 2. Priuilegiorum varia sunt genera. 1. Priuilegium aliud diuinum est, aliud humanum. Diuina plurima veteri Sacerdotio concessa sunt. Humana autem cetera, qualia illa castrensia Euocatorum, vt cæterorum, vt immunes essent, nisi propullandi hostis. 2. Affirmatiuum, negatiuum. Hoc liberatur ab aliquo onere, illo facultatem agendi consequitur. 3. Personale, Reale. Hoc rebus ipsis, illud personis adheret. 4. Gratiolum, quod sola beneuolentia; Remuneratiuum, quod meritorum respectu datur. 5. Quod contra jus, & vltra jus. 6. Conuentionale, & sine pacto, seu purum. 7. Perpetuum, temporale, Fauorabile & odiosum; Fauorabile est omne priuilegium, sed hic dicimus fauorabile, quod in nullum damnum alterius tertii cedit: odiosum quod obest aliis. 8. Vnius personæ, vel communitatis, quæ sit tantum pars alterius Reipublicæ. 9. In foro interno, & externo. 10. Concessione, consuetudine. 11. Ecclesiasticum, ciuile.

Militaria priuilegia.

§. 3. Reipublica quæ condenda legis habet potestatem, etiam priuilegia contra legem concedere potest; quæ hac facultate caret, priuilegia non potest concedere. Itaque soli subdito proprio, vel ei qui aliquo modo subiectus est priuilegia dantur, sic vicinis vrbibus, longinquis mercatoribus: priuilegia multi in suis territoriis concedunt, quia aliqua in parte superiores sunt.

§. 4. Priuilegia bene meritis dari ad bonum Reipublicæ pertinet. Nam honore & præmio virtus excitatur, plurimique ad defensionem patriæ exacuuntur. Romana Reipublica, utpote martia in milites præcipue fuit liberalis. Præmium erat, non trahi ad forum, sed à suis ducibus iudicari.

Qui priuilegia recipit aliqua in parte inferior est.

Plurima priuilegia eorum recenset Greg. Tolos. l. 19. syntagmatis c. 16. Priuilegia personis militum quog concessa sunt, quorum aliqua accipe: nempe, vt iuri ignorantia, vel error in exceptione, suo loco proponenda, & omissa à militibus ante sententiam, restitutionem habeat in integrum. In aliis etiam à iure inductis solennitatibus, militie munus releuat: cum magis milites arma, quam iura scire expediat. Aliud militie priuilegium apud Iuuenalem:

Militum multa priuilegia.

Com-

Commoda, inquit, tractemus: primum communia quod-
Haud minimum illud erit, ne re pulsare rogatus (rum
Audeat, excussos prae tori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam, &c.

Filii principiariorum paternam sequuntur conditionem: &
filii qui ex officialibus nati sunt, in parentum militiam vocan-
tur. Veteranis immunitates concessae onerum & munerum in
vniuersis locis ciuilium, & operum publicorum, collationum,
& vectigalium, quae in mundanis prae bentur, ut nec volentibus
permittatur, nec inuiti militare cogantur, nullis iniuriis in-
congruis pulsantur, separantur à ceteris in poenis, ut non dentur
ad bestias, nec fustibus cadantur. Veteranis & liberis eorum
idem habetur honor qui & decurionibus. A nauum fabrica
excusantur, non constituuntur exactores tributorum: si ta-
men veterani se passim in ordinem decurionum legi, ex con-
sensu illorum tacito, muneribus fungi coguntur. Quod si alle-
cti in ordinem non sunt, sed sponte aliquod munus suscipiant
ciuitatis, ex eo ad alia cogi subeunda non debent. Subeunt au-
tem veterani vectigalia, & patrimonii onera solennia: veluti
vie sternenda, & angariationis nauium.

Amittunt privilegia veterani, si latrocinii sese dederunt.
Fauetur nobilitati maximè, quando illustres viri inde fiunt, &
quando militanti, ut neq, iudicio in causis iniuriarum, cogantur
adesse, sed possint per procuratorem litem exercere. Possunt &
pacto hereditatem suam donare inter viuos, licet in paganis
improbetur pactum de ea. Et certè dum res & status militaris
ad verum reducitur, vix alia persona mihi videntur privilegiis,
aut maiore commiseratione digna, siue boni sint, siue mali mi-
lites ob eorum usum: imò & peiores & truculentiores huic mu-
neri meliores, & cetera. Et cetera. Et cetera. Et cetera. Et cetera.
O miles non homo, qui pascaris
Quemadmodum victima, ut cum tempus fuerit immoleris.

Et incitandi privilegiis sunt mortem oppetere, quam omnes
natura refugunt. Et ita vita & morte sceleratorum privile-
giata bonorum hominum, salus & bona cum modico detri-
mento conseruantur. Sunt & boni pariter & strenui milites,
qui pro Reipubl. salute occupati, merito privilegiis honoran-
tur, ut bene meriti, alii ad bene merendum eisdem allec-
ti.

Causa fuit, quia difficilis erat, periculosa, laborio-
saq; militia, ducere foliam, fere vallum, tenui victu,
durissimis legibus æuam agitare.

§. 4. Fuere tamen quemadmodum olim, ita nunc
quoque privilegiorum abusus, atq; ingentia incom-
moda exorta. Nam primo in omni genere privile-
giorum id cernitur; Realia enim dum per familias,
& successiones traduntur, paulatim eo tendunt, ut
Principem non agnoscant, nulla in re obtemperent.
Personalia minus diuturna sunt, sed multitudine vi-
lescent, & in quos nimia congeriuntur, fere præcipi-
tant, & mole sua opprimunt. Remuneratiua minus
inuidiosa sunt, sed ingratos & superbos fere efficiunt.
Conventionalia venditioni propria sunt, nec in be-
neficiis ponunt, etiam, quæ paruo precio compara-
runt.

Maximè cauenda sunt ea, quæ odiosa vocant, hoc
est, quæ aliorum juri derogant. Ut cum vectigalium
immunitas, & publicorum munerum multis datur;
neceffe est enim ceteros prægrauari. Itaque Valen-
tin. & Theodos. statuerunt, ne inermis militiae mi-
lites à publicis functionibus essent immunes. Illa ve-
ro privilegia de foro & iudicio iam sublata sunt; nam
citantur pro ciuilibus, & trahuntur pro criminalibus
ad diuersa iudicia. Nam quid non audeat miles ap-
ud centurionem, & socium prædæ causam malam
dicturus; hinc tot extorsiones, concussiones, contu-
meliaeq; prouincialium.

Deinde privilegia juri communi derogant; vel
expresse, cum id verba ipsa declarant, & quamuis le-
ges communes, se ipsa muniant, habeantque ad jun-
tum pugna. Etiam clausulam frequenter, qua omnia privilegia in

contrarium concessa tollant, nihilominus tamen
saepè privilegia legem cum ipsa clausula elidunt.
Magna autem causa sit oportet, ut leges privilegio
imminuantur; nam quod à multis, & honestioribus
jure non seruatur, id ab omnibus facile contemni-
tur. V. G. Nobilium quorundam privilegium est,
ne ob debita in vincula trahantur, multi eo vtuntur,
& magnum æs alienum contrahunt, atque vltro cre-
ditoribus insultant, quos alii imitati faciunt, ut fides
contractuum plane jaceat.

§. 5. Cum privilegia odiosa, & ad grauandos a-
lios spectantia sint restringenda; ut quam minimo
tempore perdurent, minimosque effectus fortian-
tur, frequenter tamen importunitate privilegiato-
rum contra juris normam, ad correlatiuos, aliosque
extenduntur: quodque periculosum est regibus, cum
res aduersæ sunt aut pericula, multi nobilium ciuita-
tumque privilegio se tuentur, ne auxilio, operauè
ad sint rebus communibus; & quibus jure merito
tributa, naues, frumentum, milites, pecunia, impe-
rari poterat, nunc ne precibus quidem locum relin-
quunt.

Nec vlla magis re, quam privilegijs contra domi-
nos ferui, contra Patronos inualescunt clientes Nec
dicere vereor; omnium quæ à ducentis annis Princi-
patus Germaniæ, ciuitatesque concusserunt, seditio-
num originem à privilegijs, multis, magnisque ma-
nasse. Olim Imperatorum ætate, quamuis multæ vr-
bes jus ciuitatis Romanæ tenerent, insignia tamen
incolarum Quiritum erant privilegia. Tandem par-
illi facta est Constantinopolis. C. l. ii. tit. 20. Vrbis
Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiam præro-
gatiua letetur, de quo & c. 28. Synodi Chalcedonen-
tis.

§. 6. Privilegia quamuis multis ex causis desinant,
difficile tamen reuocantur, eoque difficilius, quo
magis vergunt ad Reipublicæ detrimentum: quo e-
nim publici boni ad se trahunt, eo pertinacius tan-
quam vtilissima tenentur. Pluribus illa res ad vtili-
tatem publicam explicanda est.

§. 7. Privilegium cum mutatione rerum ex iusto
redditur injustum omnino tollendum est. Fecerunt
hoc Imperatores etiam in priuatis possessionibus.
Statuit Constantinus ne ad munera fiscalis possessor
obligaretur l. ii. t. 25. c. Priuatas possessiones nostras ab
vniuersis muneribus sordidis placet immunes esse: neq, earum
conductores, neq, colonos ad extraordinaria munera, vel su-
perindictiones aliquas conueniri.

Hoc privilegium Valens sustulit, eodem loco: Rem
priuatam nostram, leuandorum prouincialium causa, Cano-
nicas necessitates ea conditione qua cunctos volumus sustinere,
sed excessit occasio infusionem: quandoquidem non locis solitis
frumenta quæ sunt ex diuersis conuehenda, trahantur, sed eo
vsq, portentur quo graue atq; damnosum est prouehere. Pro-
inde spectabilis sinceritas tua remanentes in iisdem locis im-
plere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbe-
bant.

Honorius & Theodosius declarauerunt, non esse
sordida illa opera. Absit ut nos instructiones via publica, &
pontium stratarumq; opera, titulis maiorum Principum de-
dicata inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructi-
ones reparationesq; itinerum, pontiumq; nullum genus homi-
num, nulliusq; dignitatis ac venerationis meritis cessare opor-
tet. Domus etiam diuinas tam laudabili titulo libenter adscri-
bimus.

Theodosius tamen & Valentinus iterum restitue-
runt. Excepto patrimonio pietatis nostræ, cuius quidem redi-
tus necessitatibus publicis frequentissime deputamus: vniuer-
sos possessores functiones in superindictis titulis absq; vl-
limi beneficii exceptione agnoscere oportere
censimus.

Ex privile-
gijs oritur
legum con-
temptus.

Privilegia
data subdi-
tis Princi-
pem desti-
tuunt.

Privilegia
quo nocen-
tiora sunt,
eo diffici-
lius tollun-
tur.

Priuata
possessiones
imperatoris
privile-
giatae.
Reuocatum
hoc privile-
gium.

Iterum red-
ditum.

Privilegia
Principum
liberalem
perdunt.

Odiosa saepe
reuocan-
tur.

Legum &
privilegio-
rum pugna.

CAP V T XIX.

Legislatori summam rationem consuetudinis habendam.

Consuetudinis magnavis, quia in multis est.

§. 1. **C**onsuetudo legem facit, legem abrogat, aut si contra eam Principis seueritas nitatur, lex odium, hoc seditionem efficit. Itaque consuetudines Reipublicæ suæ prudens legislator imprimis cordi habere debet. Est vero consuetudo id quod sine lege, æque ac legitimum esset, vsuatum est. Ius videlicet moribus institutum, quod pro lege suscipitur. Ita auctor ad Herennium, addit posteriori definitioni Iffidorus apud Gratianum, Cum defuit lex, definitio hæc pars ex Terulliano de corona militis sumpta est. Vocatur, & mos, & vsus, & actuum frequentiam significat. Intellegiturque de rebus, quas aliquis facit longo & continuo tempore.

Actuum frequentia ius facit.

Frequentia actuum inducit habitum seu inclinationem, & ius quoddam, ex quo nascitur obligatio eodem modo operandi, & alias leges contrarias abrogandi. Consuetudo itaque ius facit, & legem; præscriptio vero dominium transfert, factio priuati inualescens, & firmata; consuetudo vero populi est.

§. 2. Consuetudo versatur circa res, & personas, circa actiones humanas, circa pleraque in quibus lex est. Alia est communissima, quæ fere est ius gentium, alia vero in vna aliqua Republica, alia priuata, vel personæ vel communitatis imperfectæ, quæ ius facere non potest. Sed ea tamen iuri communi obtemperare solet. Diuiditur etiam in consuetudinem Ecclesiasticam, & ciuilem.

Consuetudo tantum humanas leges abrogat.

Est etiam consuetudo secundum ius, præter ius, contra ius. Omnis consuetudo bona & legitima est, secundum ius naturale, hoc est ei consentiens, & secundum ius diuinum positum. Deinde nulla consuetudine ius naturale, & ius diuinum abrogari possunt.

Consuetudo contra ius gentium.

§. 3. Contra ius gentium consuetudo valere potest, si rei naturam spectes; nam quod iure gentium receptum est, ejus contrarium, non est ex natura malum; ideo consuetudine induci potest. Ex natura, non autem fieri potest, ob circumstantias, & aliarum gentium scita, concordiamque. Exemplum adferri solet, de captis bello, qui iure gentium mancipia sunt, cum tamen hoc in quibuldam regionibus non fiat. Verum ius gentium ego non puto tolli à

Europæi non violant ius gentium in seruitute.

Christianis Europæis, qui alios Christianos in seruitutem non redigunt. Ius enim gentium est, vt ne capti bello occidantur, sed seruantur, ideo serui dicti sunt; Itaque primarium est, quod iure gentium est conuentum, ne sauitia bellorum nimia sit, & gladius victoris ad internecionem non grassetur, in modo seruitutis lenitas probatur; & multo magis, si redimi & commutari patiantur, si benigne habeantur, id ego multo magis secundum ius gentium arbitror, quam crudelissimam seruitutem, qua domini ius necis & vitæ habebant, quæ post arduos labores ad metalla, ad bestias, ad infanda vendebantur; nam cum Cicero, alijque libertatem etiam morte propugnandam decernunt, non hyperbolice, sed ex vsu rerum loquebantur; nam reuera prisca seruitus morte grauior fuit.

Non potest vna gens ius gentium mutare.

Itaque nego gentem aliquam posse consuetudinem iuri gentium contrarium inducere. Quia respectu gentium, & hujus juris pars est humani generis, nec sine totius consensu possunt legem illam immutare, cum ceteri lege illa teneantur.

Deinde nec ius gentium ab vno Principe contra legem potest aboleri. Quia fieret cum damno aliarum gentium; potest determinare & lenire, vt si feruari hostes dedititios jubeat; nam misericordiae victoris, non crudelitati, se tradiderunt, abolere non potest, nisi in hoste, qui ipse ius gentium ante violasset.

Hæc consuetudo præter ius gentium, sicut alia præter ius diuinum dari potest. Sic iure diuino, quinquaginta plagæ reo infligantur, consuetudine Israëlitarum vna minus dabatur, ne forte numerum excederent. Contra ius diuinum, quæcunque consuetudo est, abusus est, ius nullum inducit, sed pœnæ res efficit.

Consuetudo secundum legem humanam illam firmat, quæ contra legem est, eam abrogat.

Ad consuetudines refero, *stylum*, hoc est, modum & ordinem agendi, *ritum*, hoc est, actuum solennitatem vsu receptam, vt jam non sit licitum ius aliter instituere.

§. 4. Omni consuetudini conuenit, vt sit iusta, utilis, & boni communis causa; quod enim legem facit irritam, id etiam de consuetudine intelligendum est. Ideoque vt malæ leges, ita etiam consuetudines sunt abolendæ. Hinc quemadmodum melior consuetudo deteriore legem, ita melior consuetudinem inutilem, aut onerosam abrogare potest. Non potest vero lex consuetudinem sibi contrariam in futurum prohibere, etiam si veter eam induci; nam quamuis contra legem inducta sit, est tamen rationabilis. Consuetudinem firmat, quod in mores recepta sit, seruantibus morem ex conuentione populis; consuetudini enim conuentio inest.

Consuetudo vt leges abrogari possunt.

Hinc clarum est consuetudinem, quæ sit legis instar posse à Republica, vel parte Reipublicæ induci, quæ est ejus potestatis, vt legem ferre possit, vel sanè legem recipere; nec opus est, vt ab omnibus, sed majore parte consuetudo feruetur.

§. 5. Visigitur consuetudinis incipit ab actibus, & tacita vel per actus, vel omissiones conuentione, perficitur autem per Principis consensum, qui vel cognoscitur ex lege, si videns consuetudinem iustam, & vtilem inualescere, eam lege lata approbat. Atque ita lex est. Vel animaduertens dissimulat. Vel sane communi lege omnes honestas, vtileque consuetudines approbat.

Nunc vero consuetudines rationabiles, & legitimas ius commune approbat. Ita i. distinctione. mos. Quod legem mores faciunt, & commune ius legibus, & moribus constat i. distinctione Omnes. Et 8. distinctione. mala. & 12. distinctione Omnia talia. 16. quaestione 3. dicit. Quod consuetudo illorum, cum quibus conuersamur, si non est peruersa, obseruanda est. Et distinct. 11. quis. Quod consuetudines Romana Ecclesia obseruande sint.

Eadem habet ius ciuile l. forma censuali. §. Si vero de censibus. sic & consuetudo quæ initium non habet memoriam aquæ ductum ex publico sustinere. Videtur enim id Princeps ratum habuisse. Hæc præcipue de consuetudine, quæ dicitur præscripta, sunt intelligenda, præscribitur autem inter præsentis spacio decem annorum, viginti, inter abientes.

Non requiritur autem sententia iudicis, vt approbetur, nec tamen nisi admodum probetur facile secundum eam iudicandum est. Nisi tum cum est præscripta, vel aperto consensu approbata, vel legis alicujus interpretatrix secundum plerumque Doctores.

§. 6. Consuetudo iniusta, vel inutilis, vel perniciofa solerter inuestiganda est. Cujus signum est. Si ab vno hominum genere vehementer affectetur: mutanda illis est.

Consuetudo praua mutanda est.

illis enim cum vilis sit, ceteris inutilis erit. Plerumque eximium commodum partis, in totius damnum redundat. Videndum an sit consuetudo ex malis moribus orta; nam ut ex malis moribus bonæ leges, ita prauæ consuetudines oriuntur. Hinc bonæ leges plerumque malis moribus oppositæ graues videntur, & per consuetudines tollendæ illis, qui suis moribus, quam legibus publicis malunt viuere. Verbi gratia. Consuetudo est Ecclesiarum multarum, ut vno, alteroue anni die, si quis adsit, corpus ut vocant, accipiat, quamuis reliquo tempore Ecclesiam ne quidem spectarit. Consuetudo illa orta est ex pluralitate beneficiorum, hæc ex auaritia, ideo consuetudo merito suspecta est.

Cum pluribus, præsertim Ecclesiasticis legibus consuetudo repugnat, suspecta est. Ilidorus in Synonym. cap. 16. Consuetudinem, ait, legibus cedere; sed de praua agere videtur. Nam prauus vsus ratione superatur, & lege. Et distinct. 11. cap. 2. Vsus auctoritatis cedat, prauum vsus lex & ratio vincat. Et can. 4. Consuetudinis vsus, longè non vilis auctoritas est, verum non vsque adeo sui valitura momento, ut aut rationem vincat aut legem.

Quod verò canon. 5. docet inuolabilem esse consuetudinem, quæ nec sacris canonibus, nec humanis legibus obuiare monstratur, id de priuatis consuetudinibus, & non præscriptis accipiendum, nam sacros Canones rerum indifferentium mutare posse constat, ut distinctione 12. cap. 7. In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina Scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuicacatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

§. 7. Consuetudinem studiosè explorandam censeo; ut si mala sit, antequam corroboretur possit aboleri. Nam initia fere à malis habet, qui enim consuetudinem, quæ aduersum leges est, inchoant, sine dubio violanda lege peccant. Consuetudo itaque bona ortum habet à transgressione legum, & inobedientia. Leges è contrario à consultatione, à Senatu, à Principe. Quod cum ita sit præcipue est consuetudo periculosa in Ecclesiasticis, si canones de medio tollat.

In ciuilibus enim facilius incipit lex esse iniusta, ac proinde rectius mutatur, nec mutatio ejus à malis moribus initium semper habet, cum materia in plurimis sit talis, quæ ad mores non pertinet. At canonice leges cultum diuinum, moresque, respiciunt, fundamenta, & rationes habent ex Scriptura, & Apostolicis sanctionibus, seueritatem etiam & vitæ integritatem exigunt, ut fere consuetudines contrariæ vitiosæ sint; quia leges Canonice multo pauciores ad aphoræ sunt, quam ciuiles; quapropter consuetudinum accuratius est examen in sacris, quam profanis.

Canon legitur vnde distinctio 44. Pro reuerentia Dei, & Sacerdotum id vniuersa sancta constituit Synodus, ut (quia solent crebro mensis ociosa fabula interponi) in omni Sacerdotali conuiuii lectio diuinarum Scripturarum miscetur. Per hoc enim & anime edificantur ad bonum, & fabula non necessaria prohibentur. ita Concil. Tolcan. 3. cap. 7. Nunc lex illa pulcherrima contraria consuetudine abrogata est, dissimulante Pontifice, & Episcopis; nec tamen vilis est, qui non præferat consuetudini tam sanctam legem; nec dubium, quin illi, qui primo legem violarunt deliquerint.

Consuetudinis itaque quæ contra legem est, pudentia plerumque initia sunt, à deteriore ciuitatis parte introducta, præsertim in rebus Ecclesiasticis, quæ ab initio optimè constitutæ fuerunt.

Omnino enim diuersa est ratio terrænæ ciuitatis, quæ à paucis incipit, paulatim experientia, doctrina, aliarum exemplo leges antiquas, barbarasque emendauit, & Ecclesiasticæ quæ à Christo, Apostolisque instituta viuendi præcepta optima in ipsis primordiis habuit, nec facile mutationem, nisi in deterius fecit.

Consuetudines sanè quæ ex traditione manant seriò custodiendas censuit Basilii Magnus de Spiritu sancto, locum adscribam, quia etiam in decretum translatus est, distinct. 12. c. 5.

Dogmatum & institutorum, quæ in Ecclesia seruata sunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis consignata est, alia vero ex Apostolorum traditione ad nostram transmissa, in mysterio recepinus, quæ vtræque eandem vim ad pietatem habent: atq; his nemo sane contradixerit, qui vel exigua legum Ecclesiasticarum peritia sit præditus: nam si agrediamur ea quæ non scripto, sed tantum consuetudine constant, repudiare imprudentes Euangelio, & quidem in præcipuis ipsius partibus officiemus: vel potius ipsamet instituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli causa (ut quod primum maxime, commune est primo loco commemorem) eos qui in Domini nostri Iesu Christi nomine spem posuerunt, figura crucis signari, equis scripto docuit? dum oramus ad orientem Solem conuerti, ecquæ nos literæ docuerunt? Verba inuocationis, cum panis Eucharistie, & calix benedictionis offertur, quis ex Sanctis Patribus, scripta nobis reliquit? Non enim ius contenti sumus; quorum Apostolus & Euangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque, cum antea, tum post, dicimus, utpote quæ magnum momentum ad ipsum mysterium habent, doctrina non scripta, sed tradita eruditi. Benedicimus aquam Baptismatis, & oleum unctionis, atq; illum ipsum prætereā qui baptizatur, ex qua Scriptura? nonne ex occultæ, & mysticæ traditione? Quid? ipsam olei unctionem qui sermo scriptus docuit, quod homo ter mergendus sit, vnde accepimus? Abrenuntiare Satana atq; Angelis eius & reliquis omnia quæcumque, in Baptismo obseruamus, quæ Scriptura iussit? An non hæc ipsa minime vulgata, sed secreta doctrina, quam quicquid, curioſo silentio Patres nostri custodierunt? Probe quidem illi intelligentes, mysteriorum maiestatem taciturnitate seruati.

Traditiones seruandæ.

Concludam aurea sententia Nicolai Papæ ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum. Mala consuetudo, quæ non minus, quam pernicioſa corruptela vitanda est, nisi citius radicitus euellatur in priuilegiarum ius ab improbis assumitur, & incipiunt præuicacationes, & variæ præsumptiones celerrime non compresse pro legibus venerari, & priuilegiarum more perpetuo celebrari. Oraculum est, quod in dies impletur.

Ex malis consuetudinibus pessima leges.

CAPVT XX.

Princeps legibus astringitur.

§. 1. MIHI Theologi & Iurisperiti hic non tam diuersa sentire, quam verbis alijs, atq; alijs vti videntur. Res enim ut mihi videtur minime dubia esse potest, quam idcirco paucis.

1. Omnis Princeps, atque adeo Respublica diuinis legibus, & naturalibus non minus, quam subditi in conscientia astringitur. Imo contra eas veniendo, quia conspectius crimen est, & exemplo plurimum nocet, grauius peccat, quam subditi. De illa lege rectè Plutarchus de regno. ὅτι ἐν βίβλοις ἔχω γεγραμμένον, & δε ποιῶν, ἀλλ' ἐμὴ ψυχὴ ὧν αὐτῶν λόγος, αἰεὶ συνοικῶν, καὶ ἀρχὴ φυλάττων, καὶ μήποτε τῶν ψυχῶν ἐὼν ἐρημὸν καὶ ἡμεμονίας. Lege illa viuendum, quæ non in libris extrinsecus scripta est, nec in tabulis, sed quæ animæ insita est ratio,

Dei lex omnes tenet obnoxios.

semper cum eo habitans & custodiens, nec unquam animam absque sui custodia, curaque relinquens.

Princeps non cogitur.

§. 2. Cum in lege sit potestas directrix, & coactrix, Princeps nec ad legem naturalem, nec civilem obligatur potestate coactrice. Ratio est in promptu; Quia potestas illa ab externo est, contra inuitum; at nemo subditorum potest Principem cogere, quia legitimam auctoritatem in Principem non habet. Nec seipsum cogere dicitur, sed sponte facit, quod suo arbitrio facit. Externus vero Princeps multo minus id potest, quia par in parem non habet potestatem.

Placet igitur aliquem esse in Republica, qui metu pœnæ nullo leges obseruet. Sine metu pœnæ humanæ, non diuinæ. Quicquid enim in Principe metuunt subiecti hoc à Deo illi expectant.

Rex peccator non puniendus legibus.

§. 3. Princeps violando diuinas leges pœnam incurrit, & obnoxius redditur æterno supplicio, non tamen temporali pœna ex legibus puniatur. Legis diuinæ præscriptum. *Qui iuderit sanguinem, fundatur sanguis eius.* Et, Deuteronom. 22. 22. *ut uterque moriatur, adulter & adultera.* Dauid Rex, & facinus & flagitium commisit, adulter vxoris, interfector mariti, pœnam Deo debuit, sed tamen secundum legem non dedit, non quia reus non fuit, sed quia defuit executor. Nec enim seipse accusare, aut noxæ tradere debuit; sed iudicium diuinum expectare, quod fecit.

Cum enim non haberet superiorem, à quo legitime puniretur, Ideoque nulli ad sustinendam pœnam parere cogeretur, ad pœnam illam non nisi ex speciali mandato obligabatur.

Lex enim data est Magistratui, ut ordinaria potestate, audita causa, homicidam, & adulterum occidat. Non ut ipse homicida, & adulter se sponte iudicio sistat, aut mortem adferat. Eadem igitur libertate & Reges fruuntur, eaque sit, ut ab homine puniri non possint.

Quasdam pœnas subire tenentur Reges.

§. 4. Princeps pœnas quasdam diuinæ legis subire tenetur, quæ alios etiam communiter tenent, suntque tales quæ Principem non dedecant, nec alienam vim requirunt, quæque sunt, leges potius, quam pœnæ, quamquam pœnam contineant. Nam in veteri Testamento pro peccato suo victimas destinatas tam Reges, quam populus offerre tenebantur; nam in hisce vnusquisque suæ pœnæ executor erat. Quæ an fuerit proprie inuitorum, aut proprie pœnæ non disputo.

Nec sanè expedit, constitui in Republica, qui Regum scelera puniant; hinc enim odia, & bella. Nam si deliquisse Rex se nouit, omni potentia pœnam euadere nitetur, plusque mali erit ex timore pœnæ, quam delicto; iustum esse facile est, cui vacas peccatus metu, si meruit, morte eorum quos timet, securitatem præstabit sibi.

Nemo sit regum vindex nisi Deus.

§. 5. Ciuium legum pœnis teneri Principem aliquando arbitror, aliquando ea liberum esse. Pœna tenetur cum delictum in alterius damnum vergit, vel pactum tacitum est interpositum.

Et quidem de pacto non est dubium; Hæc enim præcipua Principis virtus est, stare pactis conuentis; cum vero pœna aut satisfactio pactis exprimitur, non minus Principi, quam priuato subeunda est.

Pœna cum in debitum cedit obligat Principem.

Nam in debitum illa res cedit. Verbi gratia. Iure communi donationes inter conjuges vitæ sunt, illæ scilicet per quas donatarius redditur locupletior. Princeps illa lege tenetur, & si negligat restituere, in conscientia cogitur; quia ratio legis multo magis in Principe valet; nam & eblandiri potest, & si negentur petita ab vxore, majus me-

tuendum est malum. Ita leges: *π. titulo de rebus dubijs. l. si inter virum. Causa est ne mutuo amore inuicem spolientur, donationibus non temperantes, sed profusa liberalitate erga se abutentes.* Atque hac ratione lex obsepfit lubricas ad paupertatem vias. Hic Princeps quoque restituere tenebitur, ut legem impleat. Et ad hoc tenetur iure naturæ, & iure communi, quo vxorem ducere cæsetur. Nam quis vir honestus filiam Principi daret, si non communi lege illam duceret?

Deinde quicquid conceditur per modum patii, dandum est; & pœna, cum est in præjudicium tertij, pendere debet. Exemplum est; In sylua communi Principi & nobilitati, nemo venatur, nisi autumnino, si fecerit biennio careat iure venandi, Princeps ante tempus constitutum venatur, nihil capit, nec feras terrendo fugat, nullum itaque factum est damnum; quia tamen lex est communis ex pacto abstinebit biennio à venatione.

Ex pacto pœna debetur.

Deinde cum pœnæ omissio in aliorum detrimentum vergit, pœnam cogitur exsoluere. Tum enim ratio naturalis, quæ vetat violando legem alijs molestum esse, & nocere, cogit satisfacere. Si enim tutoris est iudicem facere, l. fin. arbit. Tutel. c. quig, id negligit, ille infamis est, nec testator remittere potest, Princeps si tutelam suscipiat, etiam inuentarium facere; & si ex eo non factò damnum sequatur, pupillo satisfacere debebit.

Deinde constringuntur pro satisfactione fidei iussores, affirmatores, & nominatores tutorum, interdum quoque Magistratus, qui idoneos non admittunt tutores. In his igitur iure naturali obligatur; si enim coegit Tutores satis dare, rem pupilli saluam fore, se omni pœna exemit, si legem non seruauit, qua pupillus damnum fecit, sibi imputet.

Magistratus interdum satis dare cogitur.

Si nullum est detrimentum tertij, Princeps pœna legis non tenebitur. Veritæ sunt propinationes Germanicæ, Anno 1500. 1530. 1548. Augustæ. Anno 1512. Colonia, Anno 1577. Francofurti; statuamus pœnam esse positam, ut qui propinauit, vel qui alterum, aut sese inebriauerit, vini sextarium Ptoxtrophio offerat. Princeps propinauit citra suam, aut alterius ebrietatem; pœna non obligatur, quamuis culpam contraxerit.

Nam nulla injuria tertio infertur, ut ex eo cogatur pœnam pendere, nec iudex eum cogere possit, test. Nemo ligatur nisi à proprio iudice. c. at si Clerici de iudicijs. At in sua causa contra se iudex esse non tenetur. Grauius tamen peccat, & Deo puniendus relinquitur. Nec decoquit illi creditor, lento irrepent agmine pœnæ. Et curæ dolores laqueata circum tecta vagantes, efficiunt miserum.

Princeps subditum, Principem puniunt Deum.

§. 6. Princeps obligatur ciuili ter lege sua, ideoque stare debet contractibus, quorum valor est ex solo iure ciuili; Itaque & contra eum præscribere potest subditus, teneturque illi rem permittere. Ciuilis autem obligatio non est necessario coactiua.

Dirigit non cogit regem lex.

Nec vis directiua tamen sine coactiua inanis est, neque Respublica magnopere grauatur. Primo, quia grauiter obligat conscientiam. Deinde quia non est causa Principi, cur in paruis fallere velit. Nam ubi optimates, vel populus clauum Reipublicæ tenent, singuli cogi possunt. Denique non magnum est detrimentum in vnus libertate; Respublica videat, ut talem eligat, cui cum plurimum licet, minimum libeat.

§. 7. Denique lex ciuilis tam propria, quam antecessorum, quam diu manet, (potest enim eam Princeps iusta de causa abrogare) Principem vere, & in conscientia alligat, si modo res præcepta sit Principi, & populo communis, quædam enim leges soli plebi,

Consensum
Principis
legibus ob-
ligat.

plebi, quædam nobilitati scribuntur. Verbi gratia, si iusta rerum precia statuantur, aut pondera, & mensuræ, non potest fiscus Principis ea carius vendere, aut leuius pondus instituire. Eadem ratio est in moneta, cuius precium cum Principis lege taxatum est, non potest jactare numerum, ut precium minuat, aut exaggeret. Maneat igitur firmum ac fixum. Pareto legi, quisquis legem sanxeris.

Princeps do-
ceat, & mō-
strer serua-
re leges.

Ex vi legis & natura hæc obligatio oritur. Iura enim docent lege Principem obligari, legis igitur vi, & ratione obligatur, non aliunde duntaxat. Ita distinctione 9. cap. 2. Iustum est Principem legibus obtemperare suis. tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se conuenit, posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas si, quod populus prohibent, sibi licere non patiantur.

Si hoc iustum, & consequenter contrarium iniustum, non aliunde nisi à lege iustum; lex enim constituit medium iustitiæ, tam in Rege, quam in populo. Sic etiam in cap. Non liceat Papa. 17. quæst. 1. & jure civili, Codice de legibus, & Constitutionibus Principum, l. i. tit. 14. Digna vox est maiestatem regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas, & reuera maius imperio est, submittere legibus Principatum, & oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patiamur illis indicamus. Datum 3. Idus Iunii Rauenna Florentino & Dionysio Cos. 429.

Et l. 3. 1. de testamentis. Proprium Imperatoris est legibus viuere. Et optime Cato: Patere legem, quam ipse tuleris. Et l. 23. 7. de legatis.

Lex est Rex
regis.

Quod enim quisque juris in alterum statuerit, eodem ipse vtatur. ad prætor. edictum. Iustum est Principem suis obtemperare legibus. Vere Plinius in Paneg. Non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem. Et Ambrosius Epistola 32. ad Valentinianum. Quod cum præscripsisti aliis, præscripsisti etiam tibi: Leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat. Apud Imperatorem plus iustitia, quam licentia valet, ut sapienter Symmachus. Quin & illud verè; Principem legibus solutum non esse, sed videri. Itaque cum dicitur ἐπὶ τοῦ νόμου εἶναι, de pœnis solis accipiendum est. ἀμαρτὴν ὅς δ' ἂν καὶ ἄλλοι. Peccatis enim pœnas non dat.

Magno est dignus supplicio, si non mdo dignitatem, sed etiam instrumenta virtutum subdat vitiis, sed hoc tolerandum est, quia vindicari, nisi à Deo non potest; nam & aliorum multiplicia delicta tolerantur, qui legum seueritatem eludunt.

Potestas à
iure est, ideo
& iure vti
debet.

§. 8. Etiam Respublica Principem legibus obligat; nam reuera cum legem communem toti Reipublicæ promulgat, se etiam simul comprehendit, & voluntate publica eidem sese subicit. Principis enim auctoritas à iure dependet, ideoque quicquid statuerit iusta causa moueri præsumitur. Intelligitur enim illa analogia, & conformitas, ne caput dissimile sit reliquo corpori. Quam enim absolum esset, tota vrbe inditum esse jejuniū & temperantiam seruari? in sola aula genialiter Principem viuere?

Monstrum
est Princeps
bonis legi-
bus regens,
si male ipse
vivas.

Cum igitur Respublica in legibus omni parti & capiti communibus non possit legitima ratione Principem eximere, necessario etiam sua lege tenebitur; quia contra rectam est rationem, ideoque legem naturalem, quæ est recta ratio, est, caput Reipublicæ corpori non conuenire. Cur enim alligent opera grauiā subditis, ipsi autem digito nolint ea mouere? Hinc etiam intelligimus leges Ecclesiasticas non esse aliis imponendas, nisi & ipsi legislatores teneri illis velint.

§. 9. Quia vero ad jus naturale pertinet obseruatio legis latæ, rectè docet Soarez libro 3. de legibus cap. 35. eam à Deo præcipi. Respondeo igitur Deum qui est principalis autor huius potestatis, illam conferre sub conditione prædicta, & non aliter, & hoc ipsum colligi ex ipsamet ratione naturali absque alia reuelatione, vel pacto humano. Declaratur in hunc modum: nam omnis potestas legislatiua est à Deo principaliter, vel immediate, ut in potestate Ecclesiastica, vel mediante Republica, ut in civili. Unde licet homo immediate legem ferat, in eo actu segerit, ut minister, & dispensator Dei, ut ex Paulo in superioribus attulimus, ergo intentio, & voluntas Principis ferentis legem, debet conformari intentioni Dei dantis potestatem; imo efficacia legis ad obligandum magis pendet ex intentione Dei, quam particularis legislatoris. Deus autem non solum, ut autor gratiæ, sed etiam ut auctor naturæ vult, legislatores humanam non habere potestatem ad ferendas leges, nisi cum vniuersali obligatione illarum, qui totam Rempublicam, ut constantem ex corpore, & capite comprehendat; ergo. Probatur minor ex ipsa necessitate communis boni, ad quod hac potestas ordinatur; datur enim in edificationem, non in destructionem. Quod autem ad huiusmodi bonum commune pertineat potestatem hanc ita esse datam Principi, ut licet in voluntate eius sit legem ferre; si tamen feratur, vniuersalis sit, & ipsum comprehendat, declarant sufficienter testimonia Scripturæ & rationes adductæ, & communis consensus non solum Patrum, sed etiam Philosophorum propter quam causam dixit optime Aristoteles 3. Politic. cap. 7. circa finem; legem debere in Republica dominari. nam (ut ibi rectè explicat Diuus Thomas) dum non occurrat sufficienter ratio excipiendi aliquid à lege, etiam ipse Princeps debet illi subiaci, & secundum illam legem vel operari, vel iudicare, quia alias inutilis redditur lex, & Respublica perturbatur.

Deus Prin-
cipem legib.
obligat.

Lex inutilis
redditur nē
si secundum
eam iudi-
catur.

Si igitur Princeps immediate à Deo potestatem habet ferendarum legum, ergo & ea conditione, ut secundum rectam rationem ferat; si mediate à Deo, media Respublica, ab illa etiam accepit limitatam potestatem, ut ipse censetur obligatus à Deo, & à Republica.

Itaque obligatio est ex lege positiua, & naturali; quamquam verò ferre non teneatur legem, constituta tamen ea obligatur. Atque hoc est, quod dicitur, Lex est communis sponsio ciuitatis. Errant igitur, qui cum dicunt, legem imperare Principibus, intelligendum non de legescriptis, sed naturali; nam lex naturalis, & scripta Principem subicit. Modo ea sit illius materia, quæ ad Principem etiam pertineat.

Communis
sponsio ci-
uitatis ob-
ligat, & ca-
pit ciuita-
tū.

Atque hinc facile soluantur illa, quæ pro licentia Regum contra leges disputantur. Cum aliqui Principes majores legibus esse asserunt. Cum ajunt legislatorum intentionem non esse, ut se legibus subijciant.

Cum ajunt legem esse opus Principis, differentiam esse inter dantem & accipientem. Hæc enim ipsi qui dicunt satis ostendunt firma non esse. Nam posita lege, debet esse legislatoris ea voluntas, si recta est, ut legibus subdit; hoc enim à Deo statutum est, & juris est naturalis; differt autem à legislatore Deus, & Respublica.

Cum Prin-
cipes legib.
eximantur.

Lex est opus Principis, & Princeps est animata iustitia, sed opere suo imprimis obligatur; sic & notum est opus vouentis, & tamen violari votum non potest. Certè qui hæc obijciunt, legibus tamen Principes obligant; ut Gregorius Tolentan. libr. 7. cap. 20. §. 34.

Sed & leges, quæ stabilierunt Principatum, ut de successione primogeniti, de prohibita dominiorum alienatione, de exclusione seminarum à successione regni, ut de aliis non possunt à Principibus per legem ad Principatum peruenientibus rumpi & infringi, nisi & regni & Principatus

Leges neces-
sario ser-
uanda.

qualitas & status perueratur, nec qui Principatum obtinere voluerit mutata lege regni, potest euadere titulum tyranni, quia prater legem usurpabit Principatum. Quare cum Samuel primum Regem iussu Dei elegit in Israel Saulem, locutus est ad populum presente Rege, legem regni, & scripsit in libro & reposuit coram Domino. Atque Plato. Probabile inquit est Regum maxime hunc morbum esse, qui superbe propter delicias viuunt, quod plus quam leges contenderent posse voluerunt nec in eo concorditer permanserunt, quod verbis & iureiurando laudauerunt, unde seditiones orta sunt. Sic per pares Francia declarata sunt irrita, apud Tricasses seu Troye en Cha paigne pacta inita inter Regem Carolum Sextum, & Henricum Quintum Regem Anglia, quibus placuerat natos ex Margareta filia Caroli Sexti & Henrico Rege Successores in regno Gallia excluso Carolo Septimo, quia essent facta contra legem Salicam, quae fundamentalis est regni Gallia. Exemplum etiam erit in lege electionis Imperatoris, quam peruertere non licet, ei qui dici voluerit legitimus Imperator. Et hanc si quis velit sua temeritate & viribus inuerrere, atque electorum & Summi Pontificis in ea auctoritatem conuellere, vel parum proficiet, vel strages propemodum innumerabiles excitabit: Item, si quis electionis Summi Pontificis leges contemnens, ad electionem properet; totam Reipublicam Christianam quietem schismatibus inturbabit, in summa de aliis id ipsum collige Principibus, in quibus si quis pro arbitrio leges voluerit successionis vel electionis infringere, futurum est nullam Rempublicam fore firmam, tutam aut probis legibus aut moribus conservandam: neque aliud vniuersus erit orbis, in quo talia innouabuntur, quam spelunca latronum, & lerna malorum, & omnia vi potius, quam iustitia agantur.

Leges eligendi non potest mutare Princeps.

Princeps docet violare leges.

Nunc si quæram cur Principes legem de primogeniti successione mutare non possint: si externas causas adducant; Turbas, scandala, & similia, fieri poterit, ut nec seditionem, nec offensiones efficiat primogeniti prateritio. Causa igitur est communis Reipublicæ sponso & Dei voluntas.

§. 10. Non possunt leges esse stabiles, nisi à Principibus firmentur; neruus autem & vinculum legis est vsus. Tot bonis & seueris legibus verita est in Germania propinatio, nunquam in populum modestia induci potuit; quia in aulis Principum aliquorum manet ad aequales propinationes coactio, quorum ebriosa insania omnem legis vigorem exstinxit: & illa ipsa comitia, quibus sobrietas sancita est, ebriorum vocibus personuerunt. Captiose Princeps Flaminia & Æmylia auorum memoria tulerunt leges, magnis poenis sancitas, quas tamen primi ipsi pratergredebantur, cumque neglectui haberentur, magnusque esset numerus prauaricatorum, grauissimas multas exigebant. Improbi tyranni illi fuere, nam & leges male ferebant, & pejus transgredebantur, pessime verò puniebant eos, qui violassent, exemplo tamen suo, quantam vim Principum vita in legum custodia haberet, ostenderunt. Ita sane est: vere dixit Laurentius Medicæus. Talem esse ciuitatem, quales Principis mores.

§. 11. Solent illi etiam, qui Principem lege eximunt, tueri sententiam suam, Nouell. 105. Omnibus autem à nobis dictis, Imperatoris excipitur fortuna, cui & ipsas Deus leges subiecit, legem animatam eum mittens hominibus, eo quod Imperatori quidem iugis, & indefinens consularis omnibus ciuitatibus & populis & gentibus, in singulis quæ placent distribuendi, aduenit.

Equidem hac ex ea lege nihil conficitur, scribit enim Imperator Strategio Comiti sacrum largitionum, & sumptus Consulum moderatur, nimum enim excreuerant; ratio legis ne honor ille visitatus, & optimis viris dari solitus, rem eorum minueret.

Deum quomodo leges principi subiecit.

Difficultatem verò nullus habebit horum, qui ad consularis veniunt honorem, si mediocrem ita faciens expensam in omni tempore fiet. Et omne quicquid hactenus consularis habentes honorem, & ex foro tue celsitudinis, & ex gloriosissimis prefectis nostris, aut etiam aliunde per munificentiam nostram percipiebant, & nunc eis dabimus, ab eis quidem faciendas expensas abbreviantes, à nobis autem largitatem non minorantes, omnibus autem à nobis dictis, Imperatoris excipitur fortuna, cui & ipsas Deus leges subiecit, legem animatam eum mittens hominibus.

Largitiones consularum moderatur Imperator.

Hinc primum respondeo; Legem eam ex eo genere esse, quæ communis Principi & populo non sit. Nam ad leuandas expensas priuatorum pertinet, ne ex honore capiant detrimentum; Respondeo secundo. Legem non patere latius, quam rationem; at ratio Imperatori non conuenit, cum expresse dicat: Imperatoris fortunam maiorem, & indefinitem ei consularum aduenire. Denique, consularum sequi sceptrum imperii, causam igitur non modo iustam, æquam, sed fauorabilem etiam adducit, cur ipse ea lege uti nolit; ne videlicet beneficia in populos, & ciuitates restringeret. Sententia igitur ad præsentem eam accommodata nihil contra obligationem imperatoriam efficit.

Deus Principi leges subiecit, quia pro temporum opportunitate ferre nouas, abolere veteres potest; non tamen ita subiecit, vt illas manentes, & totam Rempublicam obligantes pro arbitrio violare possit.

Leges principi subiecit, vt eis obediat, vel si male sint, tollat.

Nam subiecit & corpora subditorum Principi Deus, & bona eorum, sed ea tantum imperio possidet, non dominio. Ideo sine legitima causa nec bona subditis auferre, nec corporum vi opera, vel in eam sequire potest. l. 5. eod. ad l. Iul. Majest. & tit. de honor. damn. Ita quoque non potest tollere leges, nec secum dispensare, nisi legitima causa sit dispensandi. Nimum igitur laxa erat apud Persas lex Regia, quæ quod vellet permittebat, quæ per adulescentes inducta est; nam initio & legibus ipsi vivebant. Perniciosa vox Iulie in cæstæ mulieris. An nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere. In multis itaque rebus Princeps eodem cum cæteris iure vititur. Nouellus 9. c. 11. l. 31. & 7. qui testam. l. pen. & 7. de hered. instit. l. 15. Fruitur tamen suis privilegijs, vt maior alijs censetur. Quia lex est animata, vt lex est mortuus Princeps.

Cum igitur imperatoris sit munus, perpetuo subditis consulere, ideoque sit perpetuus consul, vt lex illa docet; optime vero consulat, si leges ipse seruet, non est legum obseruandarum obligatione eximendus. Nam prater potestatem legitimam, quam usurpant, immensam quandam licentiam sibi arrogabunt, & parua occasione in tyrannos mutabuntur.

Ex lege princeps, nisi valde sanctus, tyrannus erit.

§. 12. Cum contractus, vel actus aliquis redditur irritus per legem aliquam, eadem lege etiam Princeps obligatur, vt reuera actus ipse non sit validus. Ital. 3. t. 2. l. 6. eod. Ex imperfecto testamento nec imperatorem hereditatem vindicare posse, saepe constitutum est. Licet enim lex imperii solennibus iuris imperatorem soluerit, nihil tamen eam proprium imperii est, quam legibus vivere. PP. 11. Kal. Ian. Lupo & Maximo Cons. 233.

Quia solennibus juris lex imperij Imperatorem soluit, certum est eum teneri, nisi solutus sit, ex natura igitur rei, obligatus est illis Imperator, qui hic lege illa non vititur, qua solutus est, quia turpe visum est; si ex imperfecto testamento hereditatem capteret.

Cum igitur in solennitatibus juris non seruandis iusta de causa dispensatum est, vt si adit Princeps, agatque ejus persona, fidesque pro solennitatibus geritur.

Princeps cum certa lege soluitur, aliter non imitatur.

tibus habeatur, ne sit irritum, quod factum est, satis omnino ostenditur, in ceteris cum obligatum esse. Quamvis enim lex illa irritans pœnalis esse videatur; quia tamen per se intendit, ne sit actus validus, ideo tenetur.

Causa hujus rei est, quia ad vitandas fraudes, ob commune bonum constituta est certa agendi ratio; itaque lex irritans, commune bonum, & juris, justitiæque executionem respicit; quam non minuere, sed augere Princeps tenetur, & firmare. Non est autem omnis lex irritans actum, pœnalis, quia aliquando dat formam actui, ideoque & Principem obligat. Sic Panormitanus in cap. 2. de Constitutionibus. Hæc enim est lex directiua, qua obligatur Respublica.

Cætera solennitates quæ accidentariæ sunt, majestate Principis suppleuntur; quia lex vel consuetudo hoc ei indulget. Nisi enim ita statuamus multa incommoda sequentur. Nam suo solo testimonio poterit Princeps causas leuare, vel affligere, si nulla testium solennitas, aut numerus requiritur. Nec alia consuetudo est in plerisque locis, cum Principibus enim eodem modo secundum legum formulas omnia transiguntur, sicut inter priuatos. Atque hæc vere est majestas Principis, quæ major est ipso Principe.

Libertati
civium, &
dignitati
Principis
non obest
belientia.

CAPVT XXI.

Veterem legem moribus, & Politia
vitalem fuisse.

§. 1. **Q**uæ de vetere lege à Theologis vtiliter disputantur non multum ad politice conducent, itaque paucis illa propositionibus concludam, atque ad alia me accingam.

Leges quædam præter naturales etiam ante legem Moysi datam à Deo posite sunt. In Paradiso lex de non edendo ex arbore scientiæ boni & mali; deinde de animalibus mundis, & immundis.

§. 2. Lex Moysi data, sancta fuit, à bono Deo data, per Angelos, in manu Moysi mediatoris, ejus finis supernaturalis fuit, ut ad virtutem, & consequenter ad æternam vitam educerentur, ut Christum ad quem lex ducebat, nobis figurarent, ut cultum Dei inter tot abscondas idololatriæ caeremonias constitueret, ut Politicum ordinem firmaret.

§. 3. Solis Judæis data fuit, eosque solos obligauit, & eos, qui accepta circumcisione Judæis in Iudæorum coloniam transibant.

§. 4. Triplicia fuere præcepta, moralia, ceremonialia, iudicialia. Moralia omnes, & semper obligant; Cærimonialia sunt abrogata, & iudicialia per mortem Christi primo mortua, deinde mortifera.

§. 5. Hæc multis modis, & docte, vtilissimeque disputantur, sed ad politice non ad modum faciunt. Vnum est, quod à viris eruditissimis aliquando propositum est. Cur Christianæ Reipublicæ non videntur legibus iudicialibus à DEO ipso latis, cur enim quamvis non obligent, non potius secundum leges Dei, quam impiorum Cæsarium controuersias decidunt? Id vero eo magis quod iusta iudicia illa arbitrari omnes debemus, de legibus Imperatorum merito dubitemus, quarum multæ iniquæ fuerunt. Suis iudiciis Deus inculcat, Deuter. 1. 17. *Præcipis, omnia que facere deberetis.*

Cur non igitur, quæ cap. 21. Exod. præcipiuntur, de seruitijs non seruantur? Cur non si quis furatus bouem fuerit, non cogitur dare quinque pro

uno, sed suspenditur? Et versic. 16. Pro stupro tantum conjugium scemina, & dos imperatur? Et versic. 26. pignus ante noctem iubentur reddere. Hæc & similia cum iusta trutinæ æterna veritas librarit, quare nunc alijs legibus vitimur? cur non uxorem fratris ducit domum frater?

Verum quotquot sunt ejusmodi legum, cum mutabiles sint, non est necessarium à Republica suscipi, nec ideo tamen minus prudenter à Deo latae sunt. Pro captu enim, & ingenio Iudæorum accommodatæ fuerunt. Cum vero initia ciuitatum alias leges habuerint, non fuit causa commutandi. Deinde non tulit illas leges Deus, nisi pro illa Republica, quam inmutatum iri prævidebat. Mutatis temporibus leges quoque mutandæ sunt. Iure nunc furta puniuntur morte; si enim restituenda essent, cum plerumque pauperes sint, magis ad furta astringerentur.

Tertio, quantum esset ad nequitiam incitamentum, si scortatori diuitis puellæ nuptiæ in præmium cederent? Non ignoro moris id esse cum pares sunt, cum vero est magna differentia, aliud iura statuunt. Sed tum leges illæ in illo populo, & disciplina iustæ erant, nunc materia in multis gentibus mutata est, ut eo pertinere non possint.

Cur iudiciales leges non seruantur.

CAPVT XXII.

Antinomus Republica pellendos
esse.

§. 1. **E**vangeliū à Christo Dei Filio nobis traditum est; unde lex noua, quam Euangelicam dicimus, ejus auctor est ille, qui & Redemptor, de quo Isaias 33. 22. Dominus iudex noster, Dominus legislator noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos.

§. 2. Continentur ea lege præcepta moralia, Sacramentalia, & Fidei. Moralia quidam perfectius exposuit Christus, & præcepta sacramentalia omnino noua tradidit, veteribus abolitis. Fidei præcepta explicatiora dedit; nam alioqui etiam Iudæis, & Patribus ante diluuium credendi præcepta data sunt.

§. 3. Illa præcepta nobis omnino seruanda sunt; omnia enim non fidei duntaxat præcepta nos obligant.

§. 4. Hac in re hæreses sunt, erroresque non contra pietatem modo, sed etiam in Republica, & Politica perniciosissimi.

Primo enim Sectarij profitentur legem moralem seruari nequaquam posse. Secundo solam fidem à Deo recipi pro omnium præceptorum obseruatione; ut aliqui; vel fidem solam imputari pro iustitia. Fidem scilicet accipiunt pro fiducia iustitiæ & salutis. Tertio. Credentibus nullius mandati quocumque modo violati pœnas imminere æternas.

Quarto. Christum itaque legislatorem non esse, sed tantum gratiæ promissorem, donatoremque. Hinc ortum habere Antinomi, qui omnem legem contemnunt, & Muntzeriani, qui Lutherici vsi principijs; omnem non modo legem, sed etiam Magistratum repudiarunt. Contra eos initio disputauimus, qui conscientias ab obligatione legum humanarum omnino securas arbitrantur, quos ostendi Reipublica perniciosos esse. Nunc hi quidem peccare se violandis legibus, fatentur, sed pœnam non metuere, quod ab omni execratione actiua, & passiua sint liberati; quia nec

Fides, sacramentalia, mores absoluti Christiani efficiunt.

Hæreses in Reipublicam peccantes.

Antinomi bella inceperunt.

Impunita-
zem sibi pol-
licentur
Antinomi.

irascitur illis Deus, nec punit, sed in omni scelere plene iustificat, ac beatificat.

Contra horum impietatem disputare Theologorum est, ergo de conturbatione Reipublicæ quam secta pestifera pietatis & Christianæ libertatis prætextu molitur, disceptabo.

Hoc vero magnopere notandum est; ipsos quoque Doctores immensæ licentiæ, non audere verbis asserere fidem, quam docent: nam & Antinomos refutare sese simulant Lutherani, quibus tamen initia dederunt, & Libertinos Calviniani, à quibus non nisi verbis differunt. Et quidem illi qui Antinomos detestantur ita docent.

§. 5. Synodus Mansfeldica: *Verus de abrogatione legis intellectus in eo est, ut initio sciamus, legem in genere, hoc modo per Christum sublatam esse, ut filius Dei maledictione, damnatione, & accusatione sua nocere non possit, sicut ad Galatas tertio dicitur: Christus redemit nos à maledictio legis, ipse factus pro nobis maledictum: id factum est videlicet secundum officium eius, de quo pridem Spiritus sanctus per Moysen vaticinatus fuerat; maledictus omnis qui pendet in ligno, & inde ratiocinatur Paulus, nos qui per Christum sumus redempti, nunc esse sub gratia & non sub lege, Romanorum 6.*

Summa ian-
tiantia im-
punitatis.

Error horum est, ut dicant, quicquid contra Deum, proximumque committunt, si incendia, cædes, prodiciones non modo non maledicti à Deo, nec damnari, sed ne accusari quidem: Si hæc de lege Dei, & lege naturali, quanto magis idem de lege politica, quæ de re ad iaphora fertur, docendum est; quomodo enim Senatusconsultum aut edictum Principis de inventario testamenti faciendo obligabit; si æterni Imperatoris leges non obligant ad accusationem, maledictionem, pœnam?

Quicquid autem de lege rectè videntur docere, totum eo recidit, ut dicant servandam esse, sed ex eius violatione pœnam nullam esse timendam. Denique legem servari non posse.

Hoc ex fundamento sic Antinomi argumentantur.

Mansfeldi-
ca Synodus
de Antino-
mia.

Possumusne servare Decalogum seu legem moralem quoad obedientiam? Respondent Mansfeldici possumus, etsi in magna imbecillitate & imperfectione. Tamen ejusmodi res non adferunt nobis damnationem ad Roman. 8. modo maneamus in Christo. Ita illi mitius, sed ab alijs damnantur, quia omne opus bonum ajunt natura sua esse peccatum mortale, sed eo quod natura est peccatum mortale, non servatur Dei præceptum.

Se ut iustos
non obliga-
ri lege, cæ-
rosea dam-
nari tra-
dunt.

Magnum vero sibi iustorum & impiorum discrimen imaginantur; nam iniustus legem esse positam docent, iustus verò nequaquam. Quoniam ut ante diximus lex non est omnibus sublata, sed iis tantum qui sunt sub gratia, & beneficia Christi per fidem agnoscunt, & amplectuntur, imo iustus est abrogata, sicut Paulus ait in priore ad Timotheum cap. i. sequitur inde quod iniustus, & nondum conversus, quiq; beneficia Christi per fidem non agnoscunt, & apprehendunt, atq; alioquin malam atq; inhonestam vitam ducunt, adhuc sunt sub lege, idq; toto tempore impietatis suæ, ita ut lex assidue officium suum in eo, exerceat ostensione peccati, ira Dei & pœnarum consequentium: Deinde etiam ostensione imbecillitatis & impossibilitatis nostra in servanda lege diuina, ad obtinendam iustitiam: præterea per terrefactionem, accusationem, condemnationem & mortificationem, ut ipsi iniusti tyrannidem legis & dominationem, maledictionem & condemnationem eius sentiant atq; experiantur. Hoc significat priore ad Timoth. i. Lex data est iniustis, contumacibus, impijs, peccatoribus, irreuerentibus, pronis, & in huius generis peccatores, lex pedagogus adhuc animaduertit ad Galatas 3. atq; ita lex est pedagogus noster usque ad Christum.

Errores & falsa dogmata Antinomo- rum hos enumerant.

Primus error.

§. 6. Lex non est digna, ut vocetur verbum Dei.

Hoc quidem est Manichæorum, qui malum Deum, legis auctore prædicabant, quos contra Sanctorum Patrum, in primis Augustini disputationes sunt. Quod si lex illa, non occides, &c. non est digna, ut vocetur verbum Dei. Non igitur verbo Dei vetantur idola, blasphemia, parricidia, adulteria, rapina. Quis igitur illa prohibet, si lex tam sancta indigna est suo auctore? Quomodo lex humana reuerentiam habebit, si nulla est lex diuina, à qua deriuetur? Refutant eum errorem Mansfeldici cum exclamant: Horribile est auditu, legem esse indignam qua appelletur verbum Dei. Nam Scriptura dicit, Exod. 32. Deum legem seu Decalogum suo scripsisse digito, quidni ergo verbum Dei appellabimus?

Deuteronomii 18. dicit Dominus se positurum verba sua in os Propheta, ut loquatur quacumq; præceperit ei. Ac ita deinceps in omnibus Prophetis, lex vocatur, lex Domini: quæ res argumento est, legem vere esse verbum Dei. Si verè est verbum Dei, certe meretur etiam vocari. Quæ vero de dignitate legis Paulus scribit, petenda sunt ex tertio capite secundæ ad Corinth. epistola quàm legis dignitatem Antinomi plane contemnunt & derident. Augustinus in 2. libro Moysis Quest. libro 2. quest. 166. inde vocatur lex opus Dei, quia ipse eam ordinauit, Deus hanc descripsit. Item in Iohan. tractatu 3. qui legem dedit, dedit quoq; gratiam.

Pugna tamen illa verborum est. Nam legibus illis pœna additur; ut qui in eas commiserit, deleatur anima eius de populo suo; hanc ad se pertinere negant. At vero illa quoque lex Dei est; Qui occiderit hominem morte moriatur; aliter sentiunt sectarii: Quamuis millies millena occiderimus, non tamen morte moriemur. Quia liberi sumus à lege. Lex nobis mortua est. Lex, inquam, quæ vetat occidere, nobis mortua est.

Secundus & Tertius error.

§. 7. Si meretrix es, si adulter, vel quicumq; alius peccator tantum crede, & es in via salutis.

Cum in medio peccato penitus haras, tantum crede, & es in medio salutis.

Hos errores detestari se Mansfeldici profitentur. Hi duo errores, inquirunt, amplissimam fenestram patefaciunt manifestis sceleribus & flagitijs & spoliant poenitentiam magna quadam tua parte, videlicet bono proposito de emendatione vite.

Aliorum manet tamen impudens perniciacia in medijs peccatis esse se non modo imputatione iustos, sed etiam certo se id scire.

Dauidem in adulterio & homicidio iustitiam retinuisse; Quid hac opinione imbuti Quirites non audebunt? Negant se reos maiestatis diuinæ, quomodo maiestatem humanam reuerentur? Deuter. 13. Si audieris in vna ex ciuitatibus quas Dominus dederit tibi ibi inhabitare, dicentes; eamus & seruiamus Dijs alienis, interficiens necabis omnes, qui sunt in ea ciuitate, & incendes eam igni, & erit sine habitaculo in æternum, nec reedificabitur. Quid se quispiam credat se in hac re iustum esse, & neget ad se pertinere legem pœnalem?

Quid si in iudicium veniat, Clytemnestra filius, aut Nero,

Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus?

Nonne ille si nostro æuo viveret, majus aliquod parricidio crimen faceret, seque in medio facinore iustissi-

Contume-
lia in legem
extrema.

Qui poenā
legis negat,
legem de-
struit.

Qui se in
medio scie-
lere iustum
arbitratur,
legem tollit.

Omne sic-
lus illa ba-
refert.

justissimum prædicaret? à maledictione legis se liberum noua lege diceret? Nimium itaque scrupulosi Argiui, de quibus soror paricida queritur.

Ἐδοξε δὲ ἀρχὴ τῷ δέ, μηδ' ἡμᾶς εἰργασίαι,
Ματθεὺς ὁ νόμος, κυρία δὲ ἡδ' ἡμέρα,
ἐν ἡ δ' ἰσοίᾳ ἡ φωνὴ ἀργίων πόλις
ἡ χερὶ δ' ἀνέναντι δ' ἰσοίᾳ περὶ ὁμοίαν,
ἡ φάραγον θηζαντ' ἐπ' αὐχέν' ὁ βαλάν.

Visum est autem Argiuis, ne recto quidem nos recipere matricidas, hæc vero dies decretoria est, qua sententiam feret Argiuorum ciuitas, vel enim monendum est nobis candido lapide vel acuto ceuix demetenda gladio.

At vero ex præscripto noui Euangelii, illi iusti, sancti, innocentes sunt, si credant se tales: Deus illis non irascitur, quia se credunt filios; non punit, quia peccatum non imputat. In via ad cælum esse se dicunt, in via salutis.

Quanto magis si omnia iura ciuilia pessundent? cur enim solennitates, & formulæ eos teneant, qui omnia sine fraude Dei mandata conculcant? Ordinem & processum prætoris morentur, qui se plebe iustos, vereque beatificatos arbitrantur, si prætoris sanguine tribunal impleant: Orestes igitur si fidu- esset, citius nullam à Deo vindictammetueret.

Quartus error.

§. 8. Decalogus ad curiam pertinet, non ad suggestum.

Legem Dei
et templo
Dei eicere
est ipsius ea
condamnationis.

Quid sibi ista volunt? Nempe cum de conscientia agitur, cum agitur de iustitia, de vita æterna, de amicitia, de spiritali colloquio, non esse faciendam Decalogi mentionem. Imo ne legem quidem Dei populo exponendam. Non enim ad concionatorem pertinet Decalogus.

Non igitur, eorum iudicio, ad bene viuendum ad salutem pertinet cognitio, aut obseruatio Decalogi; Multo minus igitur obseruatio legum ciuili- um. Quomodo vero ad curiam, si non ad suggestum?

Curia sanè scelera plebit mandatorumque tabulas custodit, sed curid agit curia, cum Deus ne moueri quidem de ea re homines velle fingatur? Deinde estne curia, hoc est Magistratui mandatum, vt Decalogum custodire velit? Hoc ergo mandatum Dei est, non illis ergo dicendum in concione? vnde hoc ergo discet?

Respondent rectè Mansfeldici, sed opinioni suæ haudquaquam consentaneæ. Verum est Decalogum partim ad aulam & curiam pertinere. Nam ciuili- s Magistratus custos esse debet vtriusque tabule legis: quamobrem Deuteronom. cap. 17. Deus præcipit, vt Reges sedentes in folio seu ad gubernacula Reipublica librum legis diuine sibi literis notari curent: vt præcepta Domini & pro se faciant ipsi, & apud subditos regnorum suorum fieri curent: Itè ad Rom. 13. scriptum est: Magistratus & minister Dei in tu- um emolumentum: sin autem male feceris, metues eum: non enim frustra gerit gladium. Quod autem idcirco Decalogus etiam à concione remouendus sit, non est ferendum: nam & spirituales & politici Magistratus custodes Decalogi & Promotores ipsius esse debent. Item, si Doctores verbi Decalogum pro concione tractare non deberent, quomodo produce- rent homines ad agnitionem peccatorum, quomodo metu ire Dei & penarum à peccatis detererent, quomodo inuita- rent ad penitentiam, & dolores animi de peccato? Necessè esset eos principalem in prædicatione penitentia partem omittere.

Quid autem postremo fieret de conuersione? quomodo Deus nobiscum posset conferre rationem, iuxta parabolam Matthæi decimo octauo, propter debitum ex violatione di-

uina voluntatis, si concio legis ab Ecclesiis releganda esset? Denique si concio Decalogi in Ecclesia interdicatur, simul cadit prædicationis penitentia, perit omnis disciplina, & nemo per ordinariam media ad salutem conuertitur.

Hoc responso seipsi damnant. Nam lege Magistratum damnant, subditas absolunt. Quæro enim an Magistratus, si leges Dei, nec legat, nec seruari curet, nec gerit gladium ad vindictam malefactorum, ipse delicti penam reformidari debeat. Si enim & ille sine offensa Dei odiosissimo opere non cogitur subditos offendere; si concionator eum de custodia legum monere non debet, quasi pœna negligenti paretur, ne ad curiam quidem lex pertinet.

Si magistra-
tui legum
cura com-
mittitur,
ergo subdi-
tis obedi-
tia.

Quintus error.

§. 9. Quibuscumque, cum Mose res est, recti via tendunt ad Diabolum; imo ad malam rem cum Mose.

Respondent Mansfeldici: Quibuscumque, cum Mose seu lege ita res est, vt per eam iusti, id est accepti coram DEO fieri velint: hi quidem omnes recta via eunt ad inferos, nec eorum quisquam beatitudinem æternæ vitæ adipiscitur. Scriptum est enim ad Romanos tertio, quod per opera legis non iustificetur coram Deo omnis caro: & Iohannis tertio, solis credentibus vita æterna promittitur. Ad Romanos decimo Paulus dicit: Si confessus fueris ore tuo IESUM, quod ipse sit DOMINUS, & credideris in corde tuo, quod ipsum resuscitauerit Deus ex mortuis, saluus eris.

Quid autem cum Mose seu lege agunt, simul supra iuxta consensum Scripturæ tradidimus, in doctrina de lege, quod in ea nobis reliquum sit, & quatenus ea possumus adhuc vri: hi non tendunt ad Diabolum, neque damnantur, sed magnum & amplum legis diuine fructum & vtilitatem experiuntur.

Ad malam rem neque Moyses, neque lex ipsa amandari debet, sed iis qui secundum leges & præcepta Decalogi non viuunt, sepius ad malam rem seu ad resim res redit: cui malo ipsi Antinomi præbent occasionem, cum suis hominibus autores sunt vt legem ad decem præcepta Dei securè contemnunt, & pro libitu omittant: his inquam claustris multis adigunt ad malam crucem & variorum suppliciorum tormenta.

Verum hæc est blasphemii paradoxi impia confirmatio lenioribus verbis errorem ingeminans. Primo, quia alibi docent, nec gratia quidem Dei seruata mandata ad salutem facere; cum omnia sint peccata mortalia, etià optima opera optime facta. Quapropter fundamento Mansfeldicorum Antinomi insistent, & irrefragabiliter concludunt. Omne opus legis diuinæ, & humanæ optime factum est peccatum dignum æterna morte; non igitur nobis faciendum, ne eam Mose ad inferos detrudamus.

Si omnia
opera sunt
mala, nul-
la lege iu-
beri debent.

Deinde opera legis peruerissime interpretantur, cum de illis, quæ absque gratia fiunt, loquatur Apostolus. Denique alij addunt quia mortuam legem ajunt, non quia eam per gratiam obseruant; sed quia violata obesse non potest credentibus se in ejus contaminatione esse iustos. Quanquam aliquis

Parentis senile guttur fregerit.

Cum crediderit iustum esse se, puras cælo efferet manus. Nec iudicem morabitur, de stillicidijs, terminis, fenestrarum jure quærentem. Imo nec Dei tribunal horrebit.

Sextus error.

§. 10. Non sunt præparandi homines ad Euangelium per prædicationem legis, Deum autem hoc facere necesse est, cuius id opus est proprium.

Sine

Sine lege veri, & recti illa ratiocinatio est. Si enim Deus per predicationem legis adducit, cur non & concionator Dei loco exhortans? Verum multo absurdus Mansfeldici: Neque est illa melior preparatio ad Evangelium, quam ipsa predicatione legis. Hac enim perterrefacit, angit, sanciat homines, ut postea magnitudinem consolationis, laetitiae, & salutis Evangelicae, tanto iucundius experiantur. Contemnit enim etiam auxilii magnitudinem, qui periculi magnitudinem non agnoscit. Insuper etiam predicatione legis ad preparationem Evangelii, nihil Deo adimitur. Nihilominus enim a Deo dari oportet veram agnitionem peccati, & salutarem agnitionem irae Dei & poenarum, rectos paiores; veram contritionem & dolores.

Sipena legum exempti sumus, non ergo lex terrere potest.

Omnia enim haec concio in Lutheranorum & Calvinianorum facietas incurrit. Non enim terrentur illi minis legis, non credentes, quia inferos manet, & cruciamenta impiorum fabulas arbitrantur. Non terrentur credentes, quia certissimi sunt se liberos esse a maledictio accusacione, damnatione legis. Contumeliose dicebat Iulius: Tunc mihi arma timenti perges citare leges?

Nero tum demum poenas legum timebat, cum aucto equitatu hostili diceret.

ἵππων ἀκονέδων ἐμὸν καὶ πύργον καὶ ἑλκὸς βάλλει.

Equeorum celeripedum sonitus circumsonat aures.

Ante maior legibus, illud canebat. Reges, quia iubet, eant via. Et ille tamen impius terrebat matris occisae nocturno spectro; at fiducia eorum qui tantum credendo se justos esse iactant, sine formidine leges violant: Et magistratui liberrima indignatione respondebunt.

Ne Dei quidem lege ad Evangelium, salutemque preparamus, multo ergo minus tua lege, quae nec a Deo est, nec de re quae fit in se bona, sed de rebus, quae & aliter fieri recte possunt.

Septimus error.

§. II. In Evangelio non debet agi de violatione legis, sed de violatione filii.

de Filiis non sola infidelitate laditur.

Indigna homine, nedum Doctore opinio. Filium Dei violari non existimant, nisi incredulitate, cum blasphemis, odio, contemptu etiam violatur. Nec tamen rei tam absurdae illis ratio deest ex his aduersariis deprompta. Si enim sola fide iusti sunt, si nullo flagitio praeter infidelitatem redduntur iusti, quid opus est, de illis agere, quae nec nocere saluti, nec eam promouere possunt?

Octauus error.

§. 12. Audire verbum Dei & sentire in corde, est propria Evangelii consequentia.

Ingens Antinomorum blasphemia.

Hinc concludebant, satis esse audire & sentire, etiam si facerent. Cum tamen Dominus eos damnet, qui verbum corde exceperunt, sed fructum non ediderunt.

Hinc ulterius (testibus Mansfeldicis) ratiocinabantur? Satis est audire & sentire, opus non requiritur. Itaque non est peccatum a meretricula supplantari. Quid hic sibi Princeps de eiusmodi ciuibus promittit? Legem audimus, sensimus; non est peccatum, si contra faciamus. Matutinis horis Socratis, pomeridianis limina Thaidis perent. Haec tamen omnia ex Luthero, & Lutheranis didicerunt, docent enim illi. Bona opera ad salutem non esse necessaria; quod si verum est, satis est legem audire, & sentire, imò ne audire quidem; Quotum namque aures obrundas, cum facto opus non est? Ut vero appareat, quo ciues ducant illi concionatores, citabo ea, quae Mansfeldici in Syno-

do sua congesserunt. Hac propositio est Papistica ab ipsis Antinomi Pontificis excogitata & ita concinnata: nusquam enim ex Lutheris reperitur in Scriptura, neque etiam facile reperietur in libris Patrum maxima cum eo intellectu quem affingunt Papistae, quod bona opera sint causae efficientes partiales & meritoria salutis. Aetiam si hac propositio in aliam duntaxat sententiam, afficta quadam glossula, inflectatur: tamen hic sensus praeter ceteris eminet, quem contextus verborum repraesentat. Neque vero sinet Papistae primi huius propositionis inuentores, nouam ei sententiam astrui, praeter ipsorum verborum naturam & proprietatem. Hanc propositio- Si ad salutem Diuini LVTHERS acerrime oppugnauit, sicut te- tem, est si- stantur passim eius libri; nam in primo Tomo Germanico des, cari- Wittenberge excuso sic scribit; quod hac propositio, bona ope- taq; ergo- ra sunt necessaria ad salutem, legem & euangelium confundat, Euangelium tanta quidem iactura, & detrimento, quantum ratio huma- Lutherie- na neque comprehendere, neque intelligere possit. Per eam uertitur, enim obscurari doctrinam de gratia, Christum cum omnibus suis beneficiis conuelli, totum Euangelium perueri.

Ibidem dicit, lubrica est oratio & vana sic pronuntiare: Opera bona fidem quidem operibus & meritis niti non debere, sed tamen nullo modo necesse esse habere bona opera tanquam necessaria ad salutem. necessaria, Hoc totum nihil est, si enim sunt necessaria ad salutem, salus quid igitur sine ipsis venire non potest, & ergo non sola fide saluamur, de illis tra- sed hoc falsum est, & a Scriptura dissentit. Scribit ibidem etiam? in Synodo Ierosolymitana decretum fuisse opera legis ad salutem non esse necessaria.

Tomo quarto, pagina quingentesima quinquagesima, Sine illo- nisi tres Apostoli sterissent totum conuenticulum recidisset, ac per a iusti- decreuisset, opera legis necessaria esse ad salutem. tie iusti

Tomo Septimo pagina sexagesima prima: Octauo sunt. diligenter hic animaduertendum est & magno studio obser- uandum quod sola fides sine ullis operibus faciat iustos, liberos & saluos.

Pagina sexagesima tertia: inde conspicitur clare, Christia- quemadmodum homo Christianus sit liber ab omnibus re- nus supra- bus, & super omnes res, ita ut non indigeat operibus omnibus, ad iustitiam & salutem, sed fides omnia confert ei abunde. quoniam ergo ac si ita insaniat, ut per vllum bonum opus iustus, liber, supra leges saluus, & Christianus fieri speret, amittit fidem cum omni- bus admiculis, sicut canis ille, qui, cum portionem carnis in ore gestaret vmbrae aquae inhians, simul carnem & vmbrae amittebat.

Pagina sexagesima quinta: Nullum opus, & nullum Si nullum mandatum necessarium est Christiano ad salutem. mandatu,

Ibidem: Quamquam in hac vita homo non potest esse quorsum sine operibus, non tamen ei necessaria sunt ad iustitiam & sa- leges? lutem.

Pagina sexagesima sexta: Contentus sit homo Chri- Tanti cre- tianus fide sua, quae est vita, iustitia, & salus eius, & persua- dere, non est- sum habeat se nibilo amplius ad eam rem indigere, quam ut obediret. credat rem verissime ita se habere.

In Concione quadam de Ascensione edita anno vice- mo tertio: Caue glossam seu fucum illum Philosophorum seu Academicarum. Qui credit, & habet bona opera sal- uuserit, non ita CHRISTVS dicit, sed tantum. Qui cre- dit, inquit.

In Concionibus Oeconomicis Noriberge editis Anno Qui credit quadragesimo quinto, pagina quadragesima prima: Sal- bonus ciuis, uos fieri tantum contingit nobis per remissionem peccato- non qui obe- rum. dit legibus.

In Postillis maioribus ab Aduentu vsque ad Dominicam Paschatis, pagina centesima secunda: Christus semel nos sal- uauit duplici ratione. Primum fecit omnia quaecumque fieri ne- cesse est, ut salui fiamus, deinde in Baptismo communicauit no- bis omnia sua beneficia. His & similibus locis referti sunt libri Lutheri, neque commemorabimus plures: sed imprimis hanc propositionem, Bona opera sunt necessaria ad salutem Luth- rus fortissime deiecit in disputatione de operibus legis & gra- Omnia ergo- tia Wittenberge habita Anno millesimo quingentesimo trice- obedientia- simo septimo, in qua disputatione prorsus reuocit necessitatem tollatur. operum ad salutem, & eam omnino non vult tolerare, si er- go cuius.

go cuique animus fuisset hanc propositionem post mortem Lutheri rursus inuicere, & ita pacem & concordiam Ecclesia conellere atq; dirumpere, debuerant hactenus temporis cum ipso Lutheri disputari atq; decerni.

Etiā alias in nostris Ecclesiis toto tempore post obitum Lutheri lapsus, nemo fecit mentionem huius perniciose propositionis, sed tanquam inusitata perpetuo erat oppressa silentio, omnes enim facillime contenti erant doctrina Cofessionis Augustana. Necessē est bene operari: & de hoc nunquam fuit disceptatio.

Post obitum LUTHERI hac propositio rursus emerfit, quibus autoribus demonstratis facillimum est, eorum enim disputationes pro hac propositione extant, ac licet varia causa prætenduntur, quibus assertores huius dogmatis se permotos esse affirmant: tamen haec nullius sunt momenti ad immensam illam iacturam & religionis Christiana detrimentum, quod inde sequitur. ac si postea abstinere hoc dogmate voluissent, sicut Dei beneficio factum est: satius fuisset nunquam in lucem reuexisse, & multas disceptationes hoc modo cauere potuissent. Papiſta inſtituti non fuissent conſirmati in impio ſuo dogmate de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, imbecilliores Chriſtiani in noſtris Eccleſiis non fuissent turbati.

Impium est ergo dicere, bono viro necesse esse bene agere. Quid igitur impium est, si hoc impium est?

§. 13. Hinc natos Antinomus experientia docuit, & confitentes habemus reos, ipsos Antinomorum aduersarios, cum enim nullo modo anomiam, atque omnium rerum confuſionem poſſent euitare, ſi bona opera condemnarent, multi ex ipsis Lutheranis documenta tam praua rececerunt. Mansfeldici in controuerſia de bonis operibus ita rem narant.

Hac ex illis radicibus venena nascuntur.

Causa vero reſtituta proſcriptionis haec proferuntur: primum quod Antinomi manifeſte docent, hominem ſemel regeneratum nihilominus reſumere gratiam & Spiritum ſanctum, etiam ſi ſuat in peccata contra conſcientiam, ſit adulter, potator, defraudator, proſuſor.

Legem Dei in iocum vertunt.

Secundo quod aliqui dicuntur fuiſſe qui iocoſe, & argute declamauerint ſalem neceſſitatis computruiffe, ſeu, vt in vernacula lingua maior eſt gratia Prouerbi per amphiboliam vocabuli, quod alias neceſſitatem aliis obſonium ſignificat, das Miſſiſt verſalerit.

Debita legis obſeruationem negant.

Quarto quod aliqui vocabulum debiti ferre noluerint.

Quinto quod omnes homines ad bona opera iam dudum ſint remiſſi, ſegnes, & ignaui.

Operum bonorum meritum, & praesentiam damnant.

Sexto quod aliqui particulam, Sola, ita intellexerint, quod non tantum excludat, meritum bonorum operum, ſed etiam praesentiam.

Harum cauſarum aliqua ſatis ſunt honeſta, & idonea, ac manifeſtum eſt Antinomus, ita, vt dictum eſt docere, tum etiam ignauia & languiditas hominum ad bona opera (pro dolor) nemini eſt ignota; cetera cauſa minus ſunt nota.

Nunc omnium Principum conſcientiam appello. Verene arbitrentur ex hiſce hominibus, iuſtam, conſtantem, & quæ legibus rogatur Rempubliacam conſtitui poſſe.

Nonus error.

Petrus non minus quam Paulum v. Papam accusant.

§. 14. Petrus non intellexit Chriſtianam libertatem, ideo legem ſeruare voluit, ne immundis veſceretur.

Quid mirum ſi hoc dicant Antinomi, cum eorum Magiſtri, & ex Magiſtris antidici conſentiant. Nam cum agunt de bonis operibus, non modo ajunt ſine illis ſaluari homines, ſed etiam negant conditionem eſſe ſine qua non ſaluantur. pag. 208. Multo minus bonis operibus applicari Chriſtum meritum. Quod ſi igitur magiſtratus Scripturam, aut maiores citet, aut leges qualeſcunq; mox audiet, non intelligis Chriſtianam libertatem.

Decimus error.

§. 15. Dictum Petri, Certam facite vocationem veſtram per bona opera, eſt inutile.

Reſpondent Lutheran. Neg, hoc dictum ex ſecunda Epistoſta capite primo ſuffragatur Antinomis de inſcitia Petri clamanibus, quaſi is doctrinam de Chriſtiana libertate non ſatis intellexerit. Quod enim hortatur Petrus, vt certam faciamus vocationem noſtram per bona opera, ſatis declarat, ſe intelligere rationem libertatis Euangelicae, quod non ſit ſimilis libertati carnali, neque veſtiendam eſſe malitiam ſpeciei libertatis. Tum autem Chriſtiana libertas non trahitur ad carnalem, ſi per bona opera vocationem noſtram conſtabilimus, hoc eſt, bonis operibus teſtamur, quod vocatione noſtra ad regnum Chriſti & vitam æternam ſit certa. Vbi enim mala opera exercentur contra voluntatem Dei, ibi non poſſumus eſſe certi de vocatione noſtra, ſed dubitare oportet, num vere ſimus vocati ad hereditatem regni Chriſti, & vitam æternam. Hanc vocationis certitudinem labefactantes Antinomi, quod neg, mala opera curant, neg, bona magnopere exigunt, ſatis oſtendunt, de libertate Euangelica nihil ſani habere iudicii. Deinde & hoc manifeſtum eſt ex proximis praemiſſis erroribus, quod Antinomi ſint hoſtes bonorum operum, & quod hominibus occaſiones praebant, horribili quadam ſecuritate faciendis quidquid allibuerit animo. Et quamuis palam profiteri non audent, vitam malam eſſe bonam, tamen extenuant peccata, vt facili momento liberari non ab eis poſſe dicant, ſi modo credamus, omiſſo interim propoſito de referenda in melius ante acta vita ratione.

Verum his merito occinat Poëta;

Loripedem rectus derideat, athiopem albus.

Nam in ſua reſponſione non minus impiam doctrinam complectuntur. Nam Petrus certam vocationem per opera fieri jubet; ſine operibus igitur eſt incerta. Negant illos eſſe certos qui mala opera exercent contra Dei voluntatem, quod tamen affirmant Caluiniani; ſi tamen illi in certi ſunt; omnes pariter incerti ſunt: omnes enim mala opera faciunt, & omnia eorum bona dicunt eſſe peccata mortalia; per mortalia vero crimina non redditur certa vocatione. Minoris igitur opera bona faciunt quam Antinomi, quia palam profitentur vitam bonam eſſe malam. Imo has proſcriptiones dilaudant. Poſſibile eſt, ſine operibus bonis ſaluari, omnes qui ſaluati ſunt, ſine operibus bonis ſaluati ſunt. Bona opera non ſunt neceſſaria ad ſalutem; non conſeruant ſalutem, non ſunt conditio ſine qua non. ſunt natura ſua digna æterna morte. Mala opera ſola fide delentur. Si omnia ſlagitia commiſeris, vt primum credideris te per Chriſtum iuſtum eſſe, iuſtus es. Quæ maior poteſt eſſe improbis ſecuritas? At tu exſpectas, vt iudicium humanum ſubeat, quis vnica mentis aſſecratione omnia ſcelera, poenæque euafiſſe putat?

Vocatio per bona opera certa.

Fundamentum Antinomorum.

Error vndecimus.

§. 16. Quandoeunque tibi talis incidit cogitatio, hoc vel illo modo rem geri in Eccleſia debere, vt homines ſint boni, honeſti, modeſti, ſancti, & caſti, jam aberratiſti ab Euangelio.

Hæc ſi vera ſunt; præſtat proſecto ad Iudaïſmum redire, aut ſane quancunque religionem profiteri; quis enim certus eſt, in quo nulla habetur honeſtatis ratio, nulla ſlagitiorum verecundia. Quid aliud dicerent Ephelii, quid Sibaritæ, aut Cyrenenſes? quas gentium corruptiſſimas eſſe legimus; nec tamen virtutum cultores damnarunt, quanquam oderunt, & exterminarunt. Si Princeps igitur memor officij ſui, id agat, vt boni, modeſti, ſancti, honeſti, caſti ciues euadant, ab Euangelio aberrat; ſi parens ita de filiorum educatione cogitat, Euangelicus eſſe deſinit; nam eadem eſt Principis & patris hac in parte ratio. *Ἰδὲν διαφέρεται ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπὸ τοῦ κακοῦ.* Nihil differt Princeps bonus à bono patre. Nunquam bonus ciuis futurus eſt, qui magiſtratum de vita ciuium ſollicitum iudicat ab Euangelio aberrare.

Vitia ex proſpectu docent.

Quid Iudei & Turcæ dicent, ſi virtutē colere eſt ab Euangelio aberrare.

aberrare. Deniq; cum Respublica ciues suos, & pœnis, & præmijs regat; non potest ille ad Rempublicam pertinere, qui causas præmiorum, & pœnarum ex æquo tollit.

Mihi sane vel ex hoc vñico errore satis causæ videtur esse, vt vniuersa Germania mutuis conflictibus collidatur, cum Regibus, & Principibus officium à Deo commissum, quod est, vt sint τὸν νόμον φύλακες, legum custodes, tam impudenter & proterue impetitur.

CAPVT XXIII.

Legem diuinam scriptam Reipublice necessariam à Catholicis solis rectè intelligi atque obseruari.

§. 1. **A** Ccusant nos aduersarij grauius jam olim, at Anno 1617. omnium retro temporum virus in Catholicos effuderunt Scriptorum vt leuissimum, ita maledicentissimum. Caput accusationis erat legem Dei scriptam à nobis repudiatam, mala verisione, interpretatione, & traditionum additamentis interpolatam, corruptam, oppressam. Ego etsi hac de re in Coronide Iubilorum respondi, necessitas tamen multorum requirit hic quoque responsionem iteratam.

Initium ducam ab eo in quo vel maxime illi gloriantur, à verbo Dei, à Scriptura, illam à nobis contemniunt, illa nostram fidem euerit. Non memini vllum esse ex Iubilantibus, qui non ejus criminis nos reos agat. Iubilans Academicus Heidelbergensis p. 24. ita habet.

Scripturam
crepant eius
eueriores.

Solum ver-
bū Dei est,
fidem ter-
minans.

Omnis scri-
ptura vtilis
est.

Omnis Ec-
clesie totius
traditio v-
tilis est.

Scriptura
nihil diui-
nitatis ac-
cipit ab Ec-
clesia.

Scriptura
credimus
propter De-
um, eas no-
bis Ecclesia
proponit.

Omnis scri-
pturis cre-
dunt, quia
sunt verbū
Dei, ecclesia
illud propo-
nit.

Scriptura
non nisi di-
uino spiritu
intelligun-
tur.

Papa disci-
pulus est
Scripturae

8. Principium fidei, quæ creditur, fidem Christianam vltimo terminans, est Scriptura diuina, Prophetarum & Apostolorum libris comprehensa, & quidem sola.

9. Tota enim Scriptura diuinitus inspirata est, & vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfecte instructus.

10. Hoc principium fidei, quæ creditur non vno modo, sed varie iam pridem conuulsit, hodieq; conuellit Papatus Romanus.

11. Scripturis sacris nihil Diuinitatis inesse docet, nisi quantum accipit ab Ecclesia.

12. Neq; pro authenticis Scripturas habet, nisi auctoritate Ecclesie.

13. Imo Deo non credit, nisi propter Ecclesiam.

14. Diuinam Scripturarum auctoritatem à Papa arbitrio suspendit, quia in Papa tanquam in Ecclesia totius capite, auctoritas illa resideat.

15. Et quia Papa solus, vel cum Prælati, est Ecclesia, ideo Papa & Prælati Scripturis credunt, si credunt, propter seipsos: laicos Scripturis credere volunt propter Papam, & Prælatos.

16. Sic Papa, Prælatorum, laicorum fides de Scripturis stat super testimonio humano, hoc est, super arena, & est nulla.

17. Scripturas in iis, quæ ad fidem, cultum & mores pertinent, tantæ obscuritatis arguit, vt à nemine, nisi ex Papæ interpretatione intelligi possint.

18. Papam omnium de fide questionum Iudicem supremum facit, in quo fidem nostram vltimatè sisti oporteat, et vno spiritu iam in iis, quæ cum Papa Evangelici habent controuersa.

19. Scripturas imperfectionis accusat, quia neq; ad fidem pietatemq; colendam, neq; ad salutem consequendam sufficiant, nisi traditionibus suppleantur.

20. Traditiones inde suas vocat Verbum Dei non scriptum, eiq; certum, infallibile, canonicum, ad salutem neces-

sarium, pari pietatis affectu & reuerentia cum verbo Dei scripto suscipiendum.

21. Scripturam blasphemam nasum cereum, ambiguum, literam mortuam, atramento scriptam, chartaceam, quæ Ecclesia consensu pro confirmatione indiguerit, instar Vaginae recipientis quemuis gladium, chalybeum, plumbeum, ligneum, aneum.

De quibus verè, & erudite disseruit noster Maximilianus Sandæus in themate saculati. Rudius sed maledicentius eadem de re egit affixis thesibus Iacobus Martini Dialecticus Wittembergenfis. Ehartus Lauterbach Concion. 2. Romanos nec Biblia legisse, nec Grammaticam, credere se ait nullum Pontificem tota vita Biblia perlegisse. Leonem Decimum dixisse Bembo sententiam è Biblijs adferenti; Quid tu Bembo mihi allegas illam fabulam? Et Sadoletto Commentarios scribenti in Epistol. ad Romanos. Omittite eas nugas, non decent virum grauem tales ineptia. Ad quæ Polycarpus sic exclamat. O vos damna ti Italici nebulones, an vestra Politica grauiora sunt verbo Dei? Audite Doctissimos Leonem, & Bembum, si illi nibili fecere Scripturam, quomodo eam indocti estimarent? Eiusmodi farina penè omnes erant Episcopi, Cardinales, Monachi; Polycarpus tamen Leiferus Biblia non planè perditam, sed sub scamno abdita fuisse scribit.

Christophorus Schlepnerus Generalis Superintendens, & Aulicus stentor, cum facitjs oblectare suos vellet, Catholicorum Theologiam facit quinquepartitam, Canonisticam, Scholasticam, Monasticam, Interimisticam, Iesuiticam pagina 8. 9. 10. 11. Conc. 1. Tanta vero id imperitia facit, vt videatur nullos vniquam libros Catholicorum vidisse. Paucos nominari, omnes in eadem sunt causa, omnes elaborant, vt persuadeant populo, nos Scripturam contemnere, se eam venerari, & sequi, ideo nos lege sola humana, se diuina gubernari. Præcipue in inuidiam vocant, estimationem Canonum, Conciliorum & Pontificum, quasi illa decreta sacræ Scripturæ anteponamus. Sed totam causam explicemus.

§. 2. Primo Catholicorum est hæc communis sententia, & fides: Sacrarum literarum esse eam profunditatem, sapientiam, perfectionem, vt nulla hominum scripta illis æquari possint, aut debeant. Lex enim est creatoris.

Secundo. Fide eadem tenent omnes; Scripturam sacram habere infallibilem auctoritatem, veritatem diuinam, nullo errore mistam, normam omnium directricem.

Tertio. Quicquid Scriptorum, dictorumque aliorum vel vni sententia, vel apici sacrarum literarum repugnat, id falsum esse.

Quarto. Cuilibet Christiano moriendum esse potius millies, quam vel vnum Scripturæ dictum, falsum iudicet, aut dicat, aut esse posse falsum affirmet.

Quinto. Quicumque de Scripturæ contrarium docet, aut sentit, Catholicus non est, nos ei anathema dicimus, & iudicium Domini minantes clamamus, Maran-atha. Injuria igitur, & quidem insignis nobis infertur, cum Scripturæ contemptæ accersimur, qui pro toto ejus corpore, & pro singulis apicibus totum nostrum sanguinem profundere parati sumus, vt sanè fundendum esse docemus, potest enim fieri, aut aliquis Catholicorum Spiritum quidem promptum, sed carnem infirmam experiat, in mortem, & in carcerem ire cupiat, sed ad vocem ancillæ expauescat, & Dominum in verbo suo neget. Non ergo causa est cur hac ex parte, à nobis deficiant, multo minus nos velut sacræ Scripturæ violatores traducant, & ex vna duas Respublicas faciant.

Nec

iudex vero
contraria-
rum inter-
pretationū.
Scriptura
sic videntur
heretici, te-
ste ipso Lu-
thero.

Calumnia
de Biblijs.

Catholico-
rum Theo-
logia.

Scriptura
vera est.

Catholicis
Scripturæ
penerantur.

Concilia
pontifices
scriptura ex
positionem
vixerunt.

Nec meum est hoc solius iudicium, sed totius orbis Catholici. Concilium Trident. sess. 5. cap. 1. serio mandat, ut Scripturam praelati exponi diligenter curent, idque à Synodis, & Pontificibus curatum affirmat. Eadem sacra à Synodis, p[er] summorum pontificum, & probatorum Conciliorum constitutionibus inherere, & sique amplectens, & illis adiciens, ne celestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus taceat, statuit ac decrevit, &c. Nempe, ut in Cathedralibus Ecclesiis, in monasteriis, in continentibus Regularibus, in Gymnasiis publicis explicetur. Id nec tum primum factum est, sed exempla synodorum, & Summorum Pontificum praeceperunt.

Et sane Leonem Pontificem maximi fecisse Scripturam multa testimonia sunt, imprimis constitutio eius in Concilio Lateranensi data anno 1516. 14. Ca. lund. Jan. ubi non modo scripturam citat, & magni facit, sed etiam eius interpretibus optimas leges ponit. Quod igitur Bembo & Sadoletio in aurem dixisset fingitur, ex eadem pharetra de promptu est, ex qua calumniarum myriades prodire.

§. 3. Scripturam igitur legem sequimur, neque iam à saculo ostensum arbitramur à minima eius particula nos recessisse, causa igitur cur à nobis recesserint novatores unica est, quia scripturas ipsi, quas citant, qualis ad eversioem stomachi & cerebri iactant, penitus contemunt. Ita rem sese habere iam sapius ostendi. Tu rem expendi, à lege Dei eos recedere intelliges.

Primo enim si ex tot centuriis eorum, qui ab Ecclesia recesserunt, unus est, qui recte Scripturam, & non fallente vestigio secutus est, ille nominetur, & reliquos probabo secutos esse non scripturam, nec Spiritum Dei, sed proprium sensum, eumque scripturae veritati antepone.

Secundo, Primores eorum cum Scriptura videntur, in illarum accusationem vertuntur. Vortius cum in scriptura quadam errata esse dixisset, Caluini & Junii auctoritate causam suam contra aeternam Dei veritatem ruerunt. Alias locum citavi, sed nec mihi quicquam respondit hactenus, & nunc quoque calumniantium importunitas extorquet, ut eadem propositionem. Denique obicitur in primis illud de Apostolis, aliique N. T. Scriptores, quod dicantur in rebus leucis errare, aut memoria labi potuisse, &c. Sed annon eadem, aut similia habet Caluinus, cum interdum eosdem N. T. Scriptores aut super sua quadam tradere, aut alia magni momenti omittere, aut ordinem temporis in historia turbare, aut quadam ex V. T. minus apposte citare, &c. non obscure scribit? Pro multis sit unus ille locus in 1. Joh. 2. 14. Vbi dicitur, & repetitiones illas Apostoli esse superfluas, in his scilicet verbis: Scribo vobis pueri, &c. Sed, ut Caluinus hic omittimus, quid de Francisco Luciano videtur, qui in locis communibus, recenter hic impressis, lib. 1. cap. 19. non veretur affirmare, Scriptores N. T. aliquando scientes, prudentes praeter veritatem historiae quadam scripsisse. Sic enim aperte scribit, pag. 61. & 62. eos interdum recepto errori aliquid, ex charitate condonasse, & propter opinionem publicam, à veritate historiae deflexisse, adeoque praeter veritatem quadam s. textui inseruisse, &c. idque speciali exemplo S. Luca confirmat, qui contra veritatem historiae Moisaice nomen Kenanis in genealogia Christi posuerit, ne videlicet eos offenderet, qui graeca V. T. versioni assueverant, in qua nomen istud extabat, &c. Quod si hac assertio Fr. Iunii excusari potest (de quo sententiam meam proferre iam nolo) cur non saltem alia similibus haeratio, aut concessio, excusari poterit? Certè enim grauius est, scientem prudentem aliquid contra veritatem historiae scribere, quam quodammodo in re leucula admittere. Et rursum maius quiddam est certo illud prius de aliquo asserere, quam per confessionem posterius istud aduersario largiri. Sed ista iam sufficiant. Plura id genus exempla ex doctoribus nostris, ubi opus erit, alia occasione asseri poterunt: saltem ut appareat, eos magna propoleptia laborare, qui eadem aut

Scriptura-
rum horri-
bilis est con-
temptus a-
pud secta-
rios.

Sectarii scri-
pturam fal-
sam auiunt.

Blasphemi
in scriptura
sunt Calui-
niani.

similia dicta in vno liberaliter excusant, quæ in alio tanquam haeretica & impia traducunt. Caluinus certè in 2. 4. 32. Jo. sic. Stephanum act. 17. 15. arguit, quasi Abraham pro Jacobo nominarit, & manet tamen apud illos error indicatus à Caluino, & Harm. in Matth. 22. 26. Negat quadrare illam sententiam, seu ad rem esse. Multi vocati pauci electi, At Christi sententia fuit. Si igitur unus in scripturam error admittitur, tota fides eius vacillat, mendaci enim scriptura non creditur, & omnium sic legum fundamentum labascit.

§. 4. Nec mitior hac est in parte Lutherus, Scripturam enim Deo opponit, in Gal. 3. Tom. 5. fol. 345. Potius honorem habere & credere velim vni Christo, quam permoueri omnibus locis, quos contra fidei doctrinam pro iustitia operum statuenda producere possent. Quare simpliciter eis ita respondendum est. Hic Christus est, illic Scripturae testimonia de Lege & operibus, Christus autem Dominus est Scriptura & omnium operum. Et paulo post. Nihil moror Scriptura locos, setiam sexcentos producas pro iustitia operum contra fidei iustitiam, & clamores scripturam pugnare. Ego autem auctorem & Dominum Scripturae habeo, à cuius parte volo potius stare, quam tibi credere. Et paucis interiectis: Tu vrges seruum, hoc est, Scripturam, & eam non totam, neque potioris eius partem, sed tantum aliquot locos de operibus, hunc seruum relinquo tibi. Ego vrgeo Dominum, qui est Rex Scripturae. Si igitur errores Scripturae obiciunt, quomodo nobis contemptum eius obiciunt? Hac ex fontibus impurissimis Ebionitarum, Cerdonistarum, Gnosticorum, Marcionistarum, Tarianistarum, Seuerianorum, Helcesaltarum, Manichaeorum, Borgomitarum, Albigenensium deriuata sunt, & in venenatissimum lacum Ahermorum, & Libertinorum quasi in sentinam confluxerunt: qui id agunt, ut mundus sit exlex.

§. 5. Tertio, De illis qui sacras literas nobis reliquerunt, quique in illis commendantur, pessime sentierunt. Scriptura Abrahamum ut fidelium patrem, ut fide iustificatum, Deo placentem nobis depingit, Caluinus & illum, & uxorem eius Saram contra diuina oracula grauissimorum scelerum reos agit: Abrahamum nimia facilitatis, Saram festinationis auctorem commentario in c. 16. 3. Genesi. Videm Abraham concussam aut, & medium praetextum fuisse inter fornicationem & matrimonium, honesto nomine palliatum. In medio seu agendi ratione, non in substantia eos peccasse, ait, quia extra Dei legitimam ordinatibnem sobolem quaesierunt: Sed modus ille substantiam fidei penitus sustulit; Benedictionem enim per adulteria, & lenocinia quaesierunt, si Caluino credimus, Abraham enim id egisse, ne benedictione priuaretur, affirmat: At sane flagitiosum est, adulterare, ut benedictionem consequaris. De Sarà ait, Cum sciret in semine Abraham benedicendas esse omnes gentes; mirum non esse si societatis honore noluerit priuari, ne resecta à corpore benedictio, quasi putridum membrum, extranea quoque à salute promissa fieret. Quasi vera sunt, Sarà & Abraham infideles fuerint. Nam credere se à corpore benedictio refecandam, nisi domus suae lupanar erigat, aut extraneam fore salutem, nisi sit lena matris, productrix ancillae, est infidelem esse. Nec mitior est in Moysen Exod. 2. 12. & 4. 10. Deut. 3. 4. 10. Contempsisse eum diuinam obedientiam, voluisse quasi Deum ad abruptandum opus adigere, fuisse mentis omnium oblita. Dauidem, Eliam, Danielem, alios eodem modo excipit. Non igitur nos scripturam, & auctores eius contemnimus, sed illi qui nos ea de re accusant. Legem ergo diuinam à prophetis turpissime violatam affirmant.

§. 6. Nec est iusta accusatio, nec est legitima causa recedendi à nobis, quia inter libros sacros, numeramus, Judith, Tobiam, Librum Sapientiae, Ecclesiasticum, Baruch, & 14. caput Danielis. Canticum trium puerorum adiectum cap. 3. Danielis. Libros Macchabaeorum, & quae sequuntur cap. 3. num. 10. Hesteræ.

Scriptura
Deo non re-
pugnat.

Libertino-
rum aucto-
res scriptu-
ram repu-
diant.

Sacros scri-
ptores & pa-
tres infama-
nt.

Abraham
pro benedi-
ctione adul-
terauit iu-
dice Calui-
ni.

Canon scri-
ptura apud
nos integro
est.

Dd

Ratie

Ratio prima est manifesta. Nec Lutherani, nec Calvinista suos patriarchas condemnant, quia quosdam, quos nunc veros, & legitimos scripturæ libros arbitrantur, e canonē sustulerunt, non ergo in nos debent esse iniquiores, etiam si præter eorum sententiam aliquos in canonem admittamus.

Lutherus in prologo huius Epistolæ Brentius in conf. Vittemb. Kemnitius in exam. 4. sess. Conc. Trident. Magdeburgenses capite 1. nec tamen ea de causa Lutheranos fugiunt Calviniani. Jacobi etiam Epistolā, & Judæ repudiant, de secunda Petri, & tertia Joannis dubitant, Apocalypsin Lutherus, & Primores Calvinianorum e canonē expunxerunt. Graferus in hypoth. plagæ regie fatetur Apocalypsin ob difficultatem à suis præceptoribus non receptam. Posterius Calvinianorum receperunt, fieri igitur poterit, ut aliquando etiam, & hos quos nunc terre nolunt, in canonem recipiant.

Sectarii suo arbitrio libros in canonem recipiunt, & reiciunt.

Nō sine manifesta causa canonem minuendus est.

Argumentū Catholicū pro libro Apocalypsis.

Si igitur Zwinglius aliquo sine scelere Apocalypsin capite minuerunt, & hoc illis ignoscitur à posteris, non debent esse tam iniqui in nos iudices, ut facilitatem nostram ita grauitur interpretentur, quia eos libros admittimus, quos vetusta Ecclesia Canonicos iudicauit. Secunda ratio est etiam euidentior; Magnam enim causam habemus cur libros eos in canonem recipiamus, aut ut magis proprie loquar, iam olim receptos non temere expungamus: quamquam enim olim quidam dubitauerunt, plerique tamen admisserunt: plures & doctiores fuerunt, qui in canonem receperunt, ita probat Bellarminus lib. 1. de verbo cap. 7. & sequentibus. Nicolaus Serarius in præmiis commentariorum, quos in plerisque illos libros conscripsit. Argumento huic vim apud suos addit Beza auctoritas, is enim postquam contra Erasmus, & doctores suos Apocalypsin canonē restituit, argumentum eorum, qui dicebant, eruditissimis non esse visum librum canonicum, quod in eo nihil esset Apostolica grauitas, ita respondet: Quicumque tandem isti eruditissimi viri fuerint, magnam eos reprehensionem mereri in eo quod conuicti aut sint eum librum exagitare, qui sane sit breuissimus, si ea demas, quæ ad verbum ex Prophetis sunt exscripta. Longe aliter Basilus, Gregorius, Cyrillus, Epiphanius, Irenæus, Hippolytus, & Arethas testatur, qui hunc librum non modo (ut Dionysius Alexandrinus) putarunt à sancto viro scriptum esse, sed aperte etiam Ioanni Apostolo vendicarunt: nunquam id certe facturi, si nulla grauitas Apostolica vestigia in eo animaduertissent. Vtros vero pro eruditioribus habebimus? an istos quorum & singularis pietas & summa eruditio testata est plurimis ipsorum monumentis: an illos potius, quorum ne nomina quidem apparent: argumenta vero satis indicant quam merito eruditissimi appellentur?

Bene sane ille, sed multo plures sunt, Dionysius Areopagita, Iustinus, Tertullianus, Hilarius, Athanasius, Origenes, Cyprianus, Damasus, Ambrosius, Eusebius, Chrysostomus, Hieronymus, qui & ipse ita sentit Epistolæ ad Dardanum, & eam sententiam omnium Latinorum esse affirmat. Augustinus, Iulianus, Gelasius, Innocentius, Theophilus, Antiochenus apud Euseb. lib. 4. cap. 23. Apollonius apud eundem lib. 5. cap. 17. Pamphilus. Deinde Concilia, Florentinum, Romanum sub Gelasio, Tridentinum, Ancyranum, Carthaginense 3. Toletanum 4. Nicenum secundum. Si simili nos argumento utamur pro libris quos recipimus, quo Beza contra suos, pro Apocalypsi, non video cur ea causa damnemur ut impj in scripturam, cum in eadem damnatione sit vetus Ecclesia? Beza de Erasmo sic optat: Atque vrinam his ille doctoribus proficere, quam nixus confidentia sui nomen sibi parare malisset.

Hæretici non nō parare, quam dissere maluit.

Hoc si Beza ipse secutus esset, nec in tot hæretes incidisset, neque nunc à Lutheranis omnibus, & moderationibus Calvinianis oppugnaretur. Nunc si pa-

cem obtinere non possum, si non adducere aduersarios, ut cum antiquitate sentiant, spacium duntaxat ac moderationem flagito, ne nos tam multis, tam firmis argumentis consensu eruditissimorum, & sanctissimorum asserentes canonem, velut diuinorum eloquiorum proditores calumnientur. In quo laudem meremur, in eo veniam dent. Lutherus multos libros reiecit, Epistolam Jacobi, Judæ, Apocalypsin, & illum tamen colunt Lutherani; postquam sapissimè asseruisset, certo certius scire se verbum Dei à se stare, suam doctrinam esse Christi doctrinam, verbum Dei negauit; partem enim eius e canonē erasit. Quid hic Lutherani? Pudit eos erroris Lutherani, Brentiani, Chemniciani; nam e libris quibusdam illa de Apocalypsi Lutheri extruerunt. Ideoque Hunnius negat se tale quippiam in Luthero inuenisse. Sed ostendit illi noster Greferus; nam Biblia Norimbergensis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo ea verba in præfatione habent. Nolite obsecro vti tam aperta *παραπομπή*, ut Lutheri quidem Apocalypsin reiciens scripta corrumpatis, deinde errorem eius mendacio veletis; & negetis eum scripsisse, quod vox ex eo deleuistis, nos vero omnibus diris deuocatis, quod cum veteri Ecclesia, Conciliis, Patribus quosdam libros retineamus, qui vobis displicent. Ecce, adhuc quaeritur, qui legē seruent.

Lutherus scripturam negat.

Lutheranos pudet sui Lutheri.

§. 7. Quod si vestra argumenta expendamus ad trutinam, pluma leuiora inueniemus, edidit Geneuæ hoc an. 1618. cursum Theologicum Ioannes Scharpius, quem sodales eius ut ex stulto insanum faciant, Herculem rediituum vocant. Ille in fascem suorum errores colligens ita veritatem oppugnat pag. 11. Omnes libri Canonici V. Testamenti à Prophetis scripti sunt: At nullus horum librorum est à Prophetis scriptus: Ergo non sunt libri Canonici. Probat per propositio ex 2. Pet. 1. 19. 20. 21. Roman. 1. 2. & 16. 26. Luc. 1. 70. & 16. 30. & 4. 27. Eph. 2. 20. Heb. 11. Et hoc ipsum inductione probari potest. Assumptio vero tribus argumentis confirmatur.

Scharpius ponit fere argumenta Bellarmini omnis solutionibus.

1. Malachias omnium confessione Iudeorum fuit Prophetæ ultimus, inter quem & Ioannem Baptistam nullus Prophetæ intercescit, At hi libri post Malachiam scripti sunt, ut ex libris Ecclesiastici, & Machabeorum patet: ergo à Prophetis scripti non sunt.

2. Omnes libri à Prophetis exarati lingua qua vsi sunt Prophetæ, id est, Hebraica aut Chaldaica scripti sunt. At hi libri lingua Hebraica, aut Chaldaica, tum vernacula & vulgari, non sunt scripti, sed peregrina & ignota: ut Patres affirmant, res ipsa probat, & maxima parte concedit Pontificus: Ergo &c.

3. Si libri isti à Prophetis scripti fuissent, tum vsus ut testibus doctrinae suæ vsus fuisset Christus, & Apostoli (omnes enim scriptura prophetica de Christo testantur, usque Christus & Apostoli vsi sunt): at nec Christus, nec Apostoli horum librorum testimonio vsi sunt: Ergo non sunt à Prophetis conscripti.

11. Omnes libros Canonicos veteris Testamenti Ecclesia recepit: At hos libros non recepit: ergo non sunt Canonici. Probat per propositio: si illa Ecclesia partem aliquam scripturæ Canonice reiecit, maxime criminis in eo rea extitisset: & Christus & Apostoli illam hoc nomine reprehendissent. Si enim in eo reprehendit eos Christus Matt. 5. quod male scripturas interpretati sint, multo magis si partem scripturæ tanquam non Canonicam reiecit, reprehendisset: At hac de causa non reprehendit. Deinde Rom. 3. 2. dicitur *τὰ ἀβραάμ τὸ θεοῦ*, hoc est scriptura sacra Iudeis tradita: Iudeos autem studiosè omnem veterem Canonem seruare testantur Iustin. serm. ad Græcos: Augustin. 1. 1. de consensu Evangelistar. Et epistol. 3. & 59. Denique, si tum libri fuerunt Canonici, & non recepti à veteri Ecclesia tum sequeretur multos libros Canonicos à tota Ecclesia, quoad illa fuerat Ecclesia, non receptos fuisse. At totam Ecclesiam, in qua fuerunt Prophetæ, Sacerdotes, & postea Christus ipse, & Apostoli, voluntatem Dei reiecit esse absurdissimum. Ergo probatur assumptio omnium Patrum, ipsorumque etiam Pontificiorum consensu, & postea patebit. Ergo.

III. Duobus tantum modis cognoscitur librum aliquem esse Canonicum. 1. Testimonio Prophetarum alicuius aut Apostoli: 2. vel eorum, qui tum temporis vivebant, cum liber ille ediretur, quibus certo constare possit: siue à Prophetis vel Apostolo editus nec ne: At neutro horum modo scimus, libros controuersos Canonicos esse. Non primo, quia iam nulli sunt Prophetæ aut Apostoli; non altero, quia tantum abest ut quis testari possit Prophetam vel Apostolum hos libros edidisse, aut recepisse, ut ne Hieronymi tempore, ipso teste, fuerint quidem in Canonem recepti: Atque si Apostoli hos libros recepissent & agnouissent, ut vult Bellarm. lib. 1. de verbo Dei c. 10. horum librorum testimonio, ut aliorum veteris viderentur. At non sunt iis vfi, ergo hi libri non sunt pro Canonicis agnoscendi.

8. Hæc igitur argumenta, quibus maior pars Christiani orbis damnatur, inspiciamus. De maiore non magnopere laboro; nomen Prophetarum non eodem modo accipi constat. Minoris probationem examinamus; nam reuera multos errores, multam imperitiam continet; sed audacem imperitiam, quæ se verbo Dei opponit, legem Dei eliminat.

Malachias pene Synchronus fuit Haggæo, & Zachariæ, qui anno circiter 20. iuxta probabilem Chronologiam prophetarunt, eos secutus est paruo intervallo Malachias, toto illo tempore plus quam quadringentorum annorum negat fuisse Prophetam, vique ad Joannem.

Refutat tamen cum Euangelium, nam & Zacharias pater Baptiste propheta fuit, Lu. 1. 67. & Simeon senior Luc. 2. 27. & v. 36. Anna prophetissa filia Phannuel, quæ iam octoginta annos minimum præcesserat. Deinde tempore Machabæorum cum tot essent insignes martyres, quis dubitet etiam prophetas fuisse? Quamquam enim ordinarius officium non fuerit tempore quo occubuit Judas Macc. 9. 27. Postea tamen non defuerunt Prophetæ, qui ut prophetarunt, ita libros scribere potuerunt: Nec obstat quod Simonem constituit ducem, donec surgat Prophetæ fidelis, i. Macc. c. 14. 41. & l. i. cap. 4. 46. Expectant Prophetam, sed eum quem Deut. 18. Moses prædixit, Prophetam de gente tua, sicut me suscitabit Dominus. Cum igitur fuerint Prophetæ, qui legem exponerent, hortarentur ad martyria, in persecutione acerbissima consolarentur, fuerunt etiam Prophetæ scribendis libris idonei, cur enim non Deus illis quoque infallibilem auctoritatem dare posset?

Quamquam enim propriissime sint illi Prophetæ, qui futura prædicunt, aliis tamen etiam proprie prophetia tribuitur, qui occulta pandunt: sic mulier Samaritana ex eo quod Christus sibi gesta vitæ suæ exposuerat Prophetam appellat, atque hæc vtilissima scripturis est ratio prophetiæ.

Secundo Prophetarum etiam nomine miraculorum patratores censi solent, nam Prophetæ pene omnes miraculis illustres fuere. Moses, Aaron, Josue, Elias, Eliseus, alii, auctoritatem n. per opera admiranda seruis suis diuinitas comparabat, itaque cum illi qui miracula faciebant, etiam præditi essent spiritu prophetiæ, factum est, ut id θαυματουργεῖν diceretur, prophetare. Sic Eccl. lib. c. 48. 14. Elia corpus prophetavit. Καὶ ἐν κοίμῃ αὐτοῦ ἐπαφύετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. & cap. 49. 18. de Josèpho, & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt, quamquam illa posterior pars in Græcis plerisque desideretur.

D. Hieron. in Priorem ad Corinth. c. 14. Prophetæ sunt qui explanant obscura Prophetarum, & qui homines exhortantur, sicut alibi dicitur. Nam qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, exhortationem, & consolationes.

Tertio. Latius etiam prophetandi vocem extendunt, ut prophetare dicantur illi, qui monendo, increpando, docendo, consolando à vitis auocant, ad virtutis studium adducunt, scripturas interpretantur,

quæstiones Christianæ doctrinæ exponunt, nam hoc munus prophetarum fuit, quo fungentes sunt diuinæ voluntatis internuntii. Ita Exod. 4. & 7. Aaron est Prophetæ Moysi. ita 1. Corint. 14. 5. monet Apostolus Christianos magis curare ut prophetent.

Quarto. Qui sancto Spiritu afflati psalmos Deo concinunt prophetæ interdum dicuntur. 1. Par. 25. 1. 2. 3. ubi prophetare dicuntur in citharis, & psalteriis, & cymbalis, in cithara prophetare super confitentes, & laudantes Dominum. ubi etiam v. 1. legant 70. ὁμοφώνως ψαλμοῖς, nebyim, tamen veris. vtuntur verbo ψαλμοῖς ἐκφράσαι, quidam volunt esse prophetas canere, at canebant psalmos quos habemus; id igitur, & nunc recte dicitur prophetare. Hæc significatione accipiunt illud 1. Reg. 10. v. 7. ubi rex prophetarum, & Saul inter prophetas, quod significat, non quouis modo laudes Dei canere, sed singulari instinctu, neque enim negandum multos esse solitos Dei laudes canere, de quibus tamen illa admiratio non erat, neque negandum ex his fuisse aliquos proprie & primo modo nominatos Prophetas.

Quinto, prophetare in malam partem sumitur, ut sit idem, quod more arreptitiorum spiritu fanatico agitari, ita 1. Reg. 18. 10. Post diem autem alteram inuasit spiritus Domini malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ. Quia namque vates gentilium ore spumante, corde fero, rabie agitati flexiloquis oraculis gentes dementabant, inde factum est, ut furere esset illis prophetare, cum in antro vates baccharentur; est enim in re dissimilima quædam similitudo, ut enim prophetæ sancti à bono spiritu agebantur, ut facta dictaque ad eius voluntatem componerentur, ita pseudoprophetæ à malo spiritu dire exagitabantur, ut omnia sua ad eorum nutum facerent. Sic clamores inconditos prophetarum Baaliticorum, gestulationes, & saltus, incursus, & vulnuscule facta, totam actionem caeremoniarum impiarum vocat scriptura prophetare, 3. Regum 18. 29. postquam autem transit meridies, & illis prophetantibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet. Nec mirum, aut nouum, cum prophetæ nomen frequenter falsis prophetis, & impostoribus tribuatur, ut Jer. 6. 13. & 26. 7. 8. 11. & 27. 7. & 28. 1. & 29. 1. Zacharia 13. 2. Ezech. 2. 25. quo loco 70. verterunt ἀνέμυσται, cum prioribus locis citatis verterint; ἄνθρωποι ἐπὶ τῶν. Nos de prophetis proprie dictis agimus, & negamus tæto intervallo nullum fuisse.

Ad secundam rationem respondeo. Primo quodam eorum librorum à prophetis scriptos esse Hebræa lingua vel Chaldaea, ea de re audiat Nicolaus Serarius, proleg. 3. in Tob. Refert in epistola centesima, quæ ad Chromatium & Heliodorum Episcopos est, Diuus Hieronymus, fuisse librum hunc sermone Chaldaeo scriptum; & extat hodie Græca libri eiusdem versio, & Hebræica duæ, quarum alteram à Constantinopolitanis acceptam, ante annos amplius 40. nostra hac edidit Germania: ut valde mirer, quæ vel ignorantia, vel impudentia Britannum illum doctissimi Bellarmini, vel doctrina potius Catholica hostem, Caluinianum Vittakerum subierit, dum hoc ipso decennio; Non nisi in Græco & Latino Tobias legitur. Hoc enim ab ipsis etiam hereticis alijs, falsi damnatur, Fagio, Munstero, Geneuensis editionis Vatablo, vel potius Baduello, & Drusio. Quin vero & in Bibliothecis quibusdam Syriaca versio inuenitur, prout de sua Bibliotheca refert in Iosiam, dedicatoria ad Philippum Regem epist. doctissimus Andreas Masius.

Judith vertit ipse ex Chaldeo (Epistola III. teste) Hieronymus. Hestheris auctor primarius fuit Mardocheus, de Sapientia, Ecclesiastico, Macchabæis arbitror priores duos Hebræice scriptos, deinde conuersos in linguam Græcam, qui sane potuerunt esse tempore prophetarum, Macchabæorum auctor ut mihi videtur vernacula lingua scripsit, hoc est Græca,

D d 2

cuius

Malachias
tempus.

Prophetæ
fuerunt etiam
post captiuitatem,
sed
ari.

Tobias etiam
Hebræice
scriptus.

Iudith, Hesther: Sapientia, Ecclesiasticus, Macchabæi.

Septuaginta interpretes prophetas fuerunt.

Iudeorum plerique hebraice ne fecerunt.

Liber apud quosdam dubius in canonem publice recipi potest.

In secundo canone fuerunt libri quos nouatores reieciunt.

Liber Ecclesiastici lex Dei est.

cuius periti erant, plerique Iudeorum in regno Græcorum viuentes; nam plures Iudeos ignorasse Hebraicam, quam Græcā ex eo facile colligimus, quod autem hebraeam, mutauerint in Syriacam, deinde quod Iosephus doctus inter Iudeos linguam illam ignorauerit. Denique per totam Asiam, & Græciam erant Colonia Iudeorum, non igitur græca lingua post bella Maccabaica erat Iudeis ignota. Alioqui eo argumento totum fœdus nouum euerteretur; nā Græcē scriptum esse constat. At Hebræa lingua non minus peregrina erat imperante Latino principe quam Græco: sanē passim vulgo notam fuisse linguam Græcam ipsis Ierosolymitanis constat, tum ex multis alijs, tum ex eo, quod act. 22.2. dicitur: Cum audissent autem, quia Hebræa lingua loqueretur ad eos, magis silentium præstiterunt. Græca igitur peroratorum arbitrantur, quod & frustra illi expectarent factio silentio, & Paulus conaretur, nisi turba fauens etiam Græcē intellexisset.

Tertia probatio turbas excitare, & alios multos liberos euertere potest. Non enim omnium librorum veteris testamenti auctoritate usus est Christus, & Apostoli. Nā Abdiæ, & Sophoniæ non meminerunt, ex alijs verò hinc inde pauca in scriptis exstant, ut si hoc argumento nitamur, duos prophetas ex canone eradere oporteat. Ecce qualibus argumentis ab Hercule Jubilario prisca veritas oppugnatur.

Altera ratio Scharpii est multo infirmior column. 12. Libros illos prisca veteris testamenti Ecclesia non recepit, nec tamen ab Apostolis reprehensa est, cum tamen maximi criminis sit aliquam partem canonicæ scripturæ reieciisse. Denique Ecclesia tota non recepit omnes libros canonicos, quod est absurdissimum.

Respondeo, quod de Ecclesia pronunciat, hoc in Lutheranam & Calvinianam conuenire, maximi criminis rea est Lutherana teste Scharpio, quod partem canonicæ scripturæ reiecit, nec minoris prima Zvingliana, quæ Apocalypsin exterminauit. Ad veterem Ecclesiam quod attinet; Quamuis in canone Hebræorum primo non fuerint, eas tamen Christi recipit Ecclesia, ut monet S. Ildorus & Aug. l. 18. de ciuit. c. 36. In primo canone Iudeorum non fuerunt, in secundum reiecti sunt, nec ab omnibus accepti, postea tamen ab Ecclesia Christiana Canonici iudicati, fieri enim potest, ut liber aliquandiu dubius, postea pro Canonico habeatur, ut in Calviniano cœtu de Apocalypsi dictum est.

Ratio tertia, nec Apostoli, vel prophetæ testimonio, nec alicuius qui eo tempore vixit, quo scripti sunt, canonicos esse constat, nullo ergo modo sunt canonici.

Respondeo, Habere nos testimonia Hebræorum qui in secundo Canone eos habuerunt. Esdræ tempore factus est primus Canon, in eo esse non potuerunt, quia posteriores erant, in altero deinde fuerunt, ut colligere licet ex Iosepho l. 2. cont. Apionem. Nā illa verba Eccl. 42. 14. καὶ ἐς τοὺς πονηροὺς ἀνδρῶν, ἢ ἀγαθοποιῶν, in hunc modum citat. καὶ ἡ πόλις ἐξ ἑβραίων, ἐκ σιμων, ἀνδρῶν, ἐκ τῶν πατέρων, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἐκ ἀγαθοποιῶν καὶ κακῶν. Librum verò ex quo hæc citat vocat νόμον legem, ut planè appareat eum Ecclesiasticum ad legem referre. Junilius Firmus libros Macchabæorum ait eadem auctoritate apud Iudeos fuisse, quo Paralipomena, Job, Esdras: cur non igitur apud nos eodem loco sint? Quod si opus testimonio est, quale de Apocalypsi habetis? Multa vos habere dicetis, sed non omnium, idem & nos quoque de his affirmamus. De difficultatibus quas ex singulis partibus obiciunt, respondere superfedeo, quod ab interpretibus satis superque explicatæ habeantur, & alioqui eadem ratione omnes oppugnari queant.

§. 9. Duobus TANTVM modis cognoscitur librum aliquem esse canonicum, inquit Scharpius. Primo testimonio

prophetæ alicuius, aut Apostoli. 2. Vel eorum qui tum temporis vivebant, cum ederetur, quibus constare possit, siue à propheta vel Apostolo editus, necne: Primo modo negat cognosci posse, quia iam non sunt prophetæ vel Apostoli.

Secundo modo nego Calvinianos cognoscere posse: Quia alterius cuiuscunque quamuis eo vixerit tempore testimonium humanum est, ut semper iactant, at humano testimonio fides niti non potest, hoc enim argumentum Ecclesiæ auctoritatem oppugnant, quod si verè faciunt, non habent vllam amplius scripturam, cui credant, nam Apostolus aut Propheta nemo nunc est, ut fatetur Alcides Britannicus Scharpius, & testimonium aliorum omnium, etiam totius Ecclesiæ, fallibile est, & incertum. Hoc igitur arguendo efficiunt, ut dum Scripturam laudant, simul tollant.

Scharpius totam scripturam tollit.

CAPVT XXIV.

Iniuria nos de praua versione, & interpretatione diuinæ legis accusari.

§. 1. MULTIPLEX hoc loco nobis lis intenditur, versio nostra reicitur, interpretatio oppugnatur, libertas prophetandi, hoc est, interpretandi quaeritur. Huc pertinent pugnantes versiones, lectiones vulgares, idiotarum interpretationes, facilitas scripturæ, legis & iuris diuini adulterationes.

Accusationes variae sunt, & variorum. Joannes Gisenius in reformationis recordatione, Thesi 14. Editio authentica in veteri testamento est hebræa, in nouo græca, & Thesi 18. Scriptura in dogmatibus, quæ sub salutis ratione esse necesse est, clara, perspicua, & manifesta est. Sic thes. 22. & thes. 20. Scripturæ interpretatio non est aliunde inferenda, sed ex ipsa asserenda. Palmam sibi tamen maledicentia hac in parte vendicat Joannes Salmut. pag. 10. & sequentibus. Librum legis ait, partim contemptu, partim deprauatione, partim exustione quasi amissum. Bibliorum versionem latinam malam Hebrææ, & Græcæ prælatam. Biblia esse dubia, nullum certum sensum haberi ex illis posse, vocari librum hæreticorum, matrem omnium hæreseon, literam mortuam, nulum cereum, normam Lesbian, maiorem dici auctoritatem Papæ, quam Sacrarum literarum. Decreta Pontificum multis modis scripturæ anteposita. In concionibus D. Thomam, & alios sæpius, quam scripturam citatos esse, raro Scripturam explicatam fuisse. Pauli Epistolas pro fabulis habitas, Pontifici asseri potestatem contra eas agendi. Balthasar Meisnerus VVittenbergensis, festum Jubilorum suorum nominat festum inuentorum Bibliorum. VVolfgangus Fianzius in sua concione, hyperbolicam Lutheri calumniam approbat, quæ scribit Joanni Syluio, nulum ex sui temporis concionatoribus esse, qui vel vnum scripturæ caput exponere possit, idque iureiurando asseruit. Idem Meisnerus in concione secundæ dici, ait. Scripturam vocari à nobis Euangelium nigrum, Theologiam atramentariam, expressum diaboli verbum, nisi sensu Ecclesiæ intelligatur.

Tota lude interpretatio scripturæ.

Festum Bibliorum.

Calviniana diuis mortuus.

Quin & olim Pareus in Oseam prolog. 3. q. 1. p. 13. eadem nobis imposuit, & nunc in themate repetit. Eadem Erhartus Lauterbach in concione preparatoria, & concione secunda, quæ ait, predicationem publicam non fuisse, sed in cordibus tantum piorum. Verum optime in hac re sentiunt Catholici, pessimè sectarii. Rem hisce propositionibus declaro.

Propositio prima. Non satis est scripturæ auctoritatem agnoscere, sed necesse est etiam habere certum, & notum exemplar, quod authenticum sit. Alioqui nullius erit apud ignaros auctoritatis; neque enim

Authenticum exemplar opus est.

enim cuiquam dubium est, verbum Dei esse summæ veritatis, summæque auctoritatis, sed hoc ipsum esse verbum Dei, verum atque authenticum exemplar cognoscere oportet. Hoc extra controuersiam est.

Exemplar
in arca.

Propositio 2. Authenticum exemplar legis diuinæ in arca repositum fuit, ex eo exemplaria diuersa descripta fuerunt. Crescente deinde librorum sacrorum numero, sine dubio autographa prophetarum exemplaria publicè conseruata sunt, multaq; exscripta: quæ tamen in arcam posita non puto.

Nō interie-
runt exem-
plaria bello
Chaldaico.

Propositio 3. Quidam Biblia penitus interijisse bello Nabuchodonosoriano arbitrantur, quos benè refutant Bellarminus l. 2. de verbo Dei cap. 1. & Serar. in prolegomenis c. 12. q. 1. Esdras itaque ordinem instituit, forte quasdam particulas ratione temporis, Spiritu Dei monitis adiunxit, vt de morte Josuæ, & Samuelis. De hac quoque controuersia non litigamus: Hoc solum notandum est, Esdras veteres Judæorum characteres in Chaldaeos mutasse. nam prisci Sicili diuersos exhibent.

Characte-
res mutati
sunt.
Vetus testa-
mentum
hebraice,
chaldaice,
græce scri-
ptum.

Propositio 4. Vetus testamentum, si pauca excipias Chaldaea, scriptum est Hebraicè, & quædam Græcè, nouum Græcè, quamuis alij Matthæi Euangelium, & alia nonnulla Hebraicè scripta continent, verum vtunq; res illa habeat, hodiernæ editiones hebraicæ, quæ circumferuntur, auctoritatem non habent.

Textus he-
braeus non
omnino cor-
ruptus.

Propositio 5. Vetus textus hebraeus, non est malitia, aut incuria Judæorum omnino corruptus. Non enim ante Christi aduentum, neque postea. Non ante, quia causa nulla erat, nec ea de re à Christo, vel Apostolis accusati sunt, deinde cum variè dispersi essent, non potuerunt in vnum errorem conuenire. Tertio Christus ipse ad scripturas Judæos remittit, eas citat, explicat, Joann. 5. 39. Luc. 4. 17. Matth. 2.

Aquila &
Symmachus
præue ver-
terunt.

47. S. Hieronymus quidem Epistola ad Augustinum, vertisse se ait biblia, vt ea testimonia quæ à Judæis prætermissa essent, vel corrupta in medium proferret. Sed intelligit Judæos interpretes, qui in Græcum verterunt. Aquilam Symmachum.

Propositio 6. Nihil mutatum est à Judæis malitiose annis mille & centum proximis: nam Maforethæ versus, voces, literasque omnes adnumerarunt, vt nulla demi possit, R. Sadaia ita numerarunt.

Aleph	42377.
Beth	38218.
Gimel inuenitur	29557.
Daleth	32530.
He	47554.
Vau	76922.
Zain	22867.
Chet	23447.
Tet	11052.
Jod	66420.
Caph	48253.
Lamed	41517.
Mem	77778.
Nun inuenitur	41696.
Samec	13580.
Ain	20175.
Phe	22725.
Tfade	21821.
Koph	22972.
Reich	22148.
Schin	32148.
Tau	59343.

Summa 8211081.

Propositio 6. Tempore Hieronymi malitiosè textus Hebraeus non erat corruptus, ita ille in 6. Isaia. Si dixerint aliqui post aduentum Domini Saluatoris, & predicationem Apostolorum, libros hebraeos esse falsatos, cachinnum

tenere non potero, vt Saluator, & Apostoli ita testimonia protulerint, vt Iudæi postea falsaturerant.

Propositio 7. Postea tamen aliqua immutarunt, in illis exemplaribus in quibus potuerunt. Exemplaria sunt apud Bellarminum, l. 2. cap. 2. de verbo Dei, & apud Serarium cap. 12. q. 2. Idem fatentur Brughtonius in cap. 9. Danielis pag. 45. Hunnius contra Bellarminum lib. 2. cap. 2. Junius in Psal. 22. c. 2. l. 2. Hac lectione quam nunc Iudæi defendunt, nihil insussum, & peruersum, nihil sanum, nec vox integra nec sensus, Legatur loco citato Serarius.

Iudæi ali-
qua corru-
perunt in
biblijs.
Ita Calui-
niani tes-
tantur.

Propositio 8. Hebraeus igitur textus, vt rectè docet Serar. q. 12. c. 2. prop. 7. Qui in hodiernis exemplaribus communiter cernitur, si mathematicè, vel physicè consideretur, simpliciter corruptus dicendus est: moraliter tamen non omnino, sed secundum quid corruptus dicendus. Secundum scilicet exemplaria non omnia, sed quædam, vel secundum loca tantum aliqua. Prior pars patet, quia & ex humana vel oscitantia, vel imperitia alicuius infirmitate menda ei nonnulla insunt, & è Iudæorum nequitia corruptela aliquot, vti ostensum. Quando autem de totius alicuius integritate, debitaq; perfectione agitur, ea sane tam mathematicè, quam physicè dicitur abesse, si vel vna desit, aut peruersa corruptaq; sit pars. Posterior pars probatur, quia moraliter non videtur vel author vel textus ille omnino corruptus ac perditus: qui aut in exemplaribus aliquibus sincerus ac integer est, aut cuius vera germanaq; lectio in libris alijs notatur, Doctoremque memoria & iudicio custoditur.

Biblia he-
braea mora-
liter nō sunt
corrupta.

Hinc igitur apparet, fontem illum quem iactant purissimum non esse. Non modo quia incuria scriptorum, & humana imbecillitate factum est, vt errata cōtingerent, sed quia malitia hinc inde se exseruit.

Propositio 9. Biblia vt iam fere eduntur cum punctis vocalibus, non sunt authentica exemplaria, nam puncta ipsa cum initio non fuerint, sed postea addita sint, non sunt pars sacra scriptura. Docent hoc plerique, & eruditissimè Nicolaus Serar. in proleg. bibl. c. 3. q. 5. Muntzerus Tiberiade inuenta ait, ea quæ est in Paphlagonia. Sed melius Serar. Tiberiade Palestina id factum refert, circa annum Domini quingentesimum, & consentiunt illi etiam Nouatores. Zynglius præfatione in complanationem super Isaiam: Hebraeorum, ait, litteras caruisse vocalibus notis, quas parum ciuiler iporum Rabbin, & finxerunt, & supposuerunt, non tantum hinc colligitur, quod & D. Hieron. nullam prorsus ipsarum fecit mentionem, & vetustissimi eorum Codices, etiam si nunc habeant eas notas, aliquando tamen eas non habuisse, cum ex atramenti dissimilitudine, tum ex situ earum deprehenditur. Et paulo post: Vt igitur constabat huius generis lectio. Huius discipulus Pellicanus: olim, ait, notis vocalium & diphthongorum Hebræos caruisse magni viri existimant: & Iudæorum authenticos libros adoranda vetustatis etiam nunc reperire est literarum solum non vocalium characteribus exaratos. V. Vittenbergenses, & Tübingani Lutherani Theologia assertores libro contra Schererum; Initio, inquit, Biblia non habuerunt puncta vocalia. Et paulo post: Si eo tempore, quo latina translatio, qua vtimur, facta est, habuissent puncta Biblia, non potuisset Latinus interpres in vocalibus quidquam mutare. Idcirco, non est quod negotij quidquam cuiquam facessant puncta, cum vera in veteris Testamenti libris scientia quaeritur.

Biblia pun-
ctata non
sunt au-
thentica.

Punctorum
nulla au-
thoritas.

Ad biblia igitur punctatà appellare non possunt Nouatores vt authentica, cum puncta sint opus perfidorum Judæorum. Ex quibus ita concludo. Cum in aliquibus infirmitate humana, incuria, nequitia textus Hebraeus sit corruptus, cum diuinitas eius pars quæ hodie legitur non pertineat ad textum, sed additamentum sit, omnia neque puncta vocalia, non oportere ad illum vt purissimum, illibatissimumque fontem appellare, nec ex eo omnes alias versiones corrigrere.

Propositio 10. Versio nostra Latina sincera & erudita, partim est S. Hieronymi vt interpretis, partim

Dd 3

vt cor-

Hieron. Hebraice & Græcè doctus.

Hebraus Lutherus sine Grammatica.

vt correctoris. Nam Hebræe, Græcæ, Latine lingue eruditissimum fuisse omnes fatentur, vnus Lutherus, in Symp. cap. 69. id negat, quod orbis concedit, Wer Hieronymum für einen Hebreer schilt / der thut ihm gewalt vnd vnrecht: Qui Hieron. Hebraum vocat, iniuriam illi facit. Sed idoneus ille tantæ rei testis nō est, cum in eisdem symposiacis se fateatur ignarum Hebræe & Græcæ lingue, Ich kan weder Griechisch noch Hebräisch, & deinde. Ich bin kein Hebreer nach der Grammatica, dann ich laß mich nicht anbinden / sonder ich gehe frey hindurch. Nec græcè scio, nec hebraice, &cet. Non sum Hebraus iuxta Grammaticam, non enim alligari me sino, sed libere pertransio. Multo rectius Cochleus de R. Elia refert. Dum ego, ait, Roma agerem, & in Hebraicis Rudimentis qualibuscumq, vterer præceptore Helia Germano, dicebat ille mihi, si quis laborieus pretium daturus esset, veller, me adiutore, (ipse enim latine lingue ignarus erat) Hieronymi interpretationem (quam ego inter legendum conferebam eius ex Hebræo Germanica interpretationi) contra omnes illius impugnatores, siue Iudei essent, siue Christiani, ex Hebræo ita defendere, vt à nullo iussu impugnata videri possit.

Summæ peritiæ addit diligentiam plusquam humanam, de qua ipse testatur, & ad omnes hebræe lingue peritos prouocat, Epist. ad Sophron. apologia prioris lib. 2. Ep. 6. Ep. 65. ad Pammachium. Ep. 4. ad Rusticum. Erasmus in præfat. ad Tomium 4. ita eum describit.

In optimo ait, Theologia genere primas tenet Diuus Hieronymus (de latinis loquor) & ita primas tenet, vt omnes post se longo relinquat intervallo: & adeo neminem habemus, quem illo pacto citari hoc conferre possumus, vt inter tam innumerabiles Theologos vix quenquam habeat & ipsa docta Græcia, qui nostrum æquet Hieronymum. Si modo non vnam aliquam laudem, sed vniuersas eius dotes simul expendas. Tantam in vno homine reperias secularium, vt vocant, literarum cognitionem, tantam omnis antiquitatis peritiā, tot linguarum absolutam scientiam, tam admirabilem locorum & historiarum omnium notitiā, tam non vulgarem mysticorum voluminum eruditionem, tantum inimitabilem eloquiū, tam exactum vtriusq, iudiciū, tam sacrum afflati pectoris ardorem, rerum adeo diuersarum tam digestam, ac præsentem memoriā, tam felicem iuxta ac diuitem mixturā, deniq, tanto lepore conditam seueritatem, vt quemadmodum per se facundi, si cum Cicerone conferantur, protinus videntur obmutescere, ita omnes Doctores, quos citra collationem suspicimus, cum Hieronymo compositi vix sapere, vix loqui, vix viuere videantur, & David Chytraus in Onomastico: Hieronymus Hebræo simul, & Græco, Latinq, venustus eloquio, morum exemplar, mundiq, Magister.

Hieronymi versio quo tempore celebrata.

Propositio 11. Auctoritatem accepit à tempore S. Greg. Magni, donec deinde doctorum approbatione sola in vñ esse cepit, Hugo de S. Victore q. 9. Ecclesia Christi per vniuersam latinitatē, versionem hanc solam legendam, & in auctoritate habendam constituit. Sed hoc non statim à tempore Gregor. vñtatum fuit.

Propositio 12. Hanc Concilium Tridentinum approbavit, sed eius editionem voluit esse, quam emendatissimā. Et merito: est enim antiquissima, optimi auctoris, à multis laudata, etiam olim ab Ecclesiis probata.

Propositio 13. Vt vno tādē verbo tot calumnias repellam. Libere affirmo, versionem latinā nostrā ita probatā, vt tamen, & Græcis, & Hebræis fontibus maneat sua auctoritas. Nicol. Serarij præceptoris mei sententiā, quæ est in proleg. c. 19. qu. 11. & 12. dignā quæ non vno in codice legatur, lector accipe.

Quanta vulgata versioni nostræ à Concil. Tridentino tributa auctoritas.

Auctoritatis, quæ vulgata nostræ à Tridentina Synodo tribuitur editioni, quantitas seu magnitudo spectari potest bifariam. 1. Simpliciter. 2. Comparate.

Comparisonem enim significat illa in decreti proemio particula, ex omnibus latinis editionibus. Et quia hanc valde vrgent ac flagitant Nouatores, de ea in futuris agetur quæstionculis, nunc tantum de auctoritate, quæ absque comparatione huic nostræ conciliata editioni.

§. 2. Auctoritas, quæ in decreto isto editioni nostræ tributa est, intra solum versionis genus continetur. Quod vt intelligas, notandum primo, posse scriptum aliquod authenticum esse, & non eius versionem. Secundo, posse versionem esse authenticā, non scriptum. Tertio, posse & scriptum & versionem esse authenticā. Primi generis exemplum est in tot hæreticis Bibliorum versionibus. Biblia enim authentica sunt: non istæ istorum versiones. Secundi generis exemplum est, si quis falsā epistolā, aut pseudepigraphum, & mendacem librum fideliter verteret, verbi causa, Origenis libros *περὶ ἀρχαῶν*; Caluini aut Lutheri schedas & dogmata quæpiam, vt in Concilio examinarentur. Terti generis exemplum est in Bibliis, & nostra eorum versione. Dico tamen, quamuis tam Biblia, quam nostra eorum versio authentica sint, in hoc tamen decreto, ipsā tantummodo versionis auctoritatem sanciri. Primo, quia hoc & decreti scopus, & verba ostendunt. Secundo, quia Bibliacorum librorum ac partium omnium auctoritas priori de Canonici scripturis decreto sancita iam erat.

§. 3. Hæc versionis nostræ auctoritas, quomodo accipienda sit: exponi solet dupliciter. Primo infinite, absque vlla restrictione. Secundo definite, ac restricte. Priore modo videntur decretum hoc hæretici, de quibus quæst. 10. accipere & exagitare: nonnulli etiam Catholici quandoq, innuere, vt Suarez in 3. par. to. 1. q. 7. disp. 21. & quæ hoc ipso anno 1608. nuper Fiaco-furti excusa sunt declarationes concilij Trident. sess. 4. Posteriore modo accipiunt complures Catholici. Nam primo Driedo. lib. 2. cap. 1. capius vt fol. 35. sed maxime in concl. 3. fol. 24. ait, authenticā hanc editionem declarari non quoquo modo, sed eo duntaxat, vt ad scripturas in suo fonte diligenter collata, excussa, & examinata nihil cōtineat subdole, vel adiectum, vel immutatum. Secundo, Canus lib. 2. cap. 13. cōcludit. editionem hanc retinendam, in his omnibus, quæ ad fidem & mores spectabant. 3. Andr. Vega l. 15. cap. 9. versionem hanc ita esse authenticā, vt certo sciant fideles, nullum inde haberi posse perniciosum errorem: & tuto illam, & citra periculum posse legi. Et postea: Etenus voluit Synodus eam authenticā haberi, vt certum omnibus esset, nullo eam defædatis errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide & moribus colligi posset. Quarto Adradius l. 4. Driedonem fol. 254. 255. ac 256. Et Vegam fol. 257. sequitur. Quinto Sixtus Senensis in extremo l. 8. concedens errata & leues defectus in editione vulgata reperiri, authenticam tamen vult, quia certum est, inquit, neq, in veteri, neque in noua editione aliquid vnquam inuētum esse, quod fuerit à veritate Christianæ fidei deuim, falsumue ac mendax, vel contrarium dogmatibus ac regulis orthodoxis, vel præter veritatem additum, vel contra veritatem mutatum, vel in præiudiciū veritatis omissum, vel adeo deprauatum, vt occasionem perniciose errandi attulerit; vel hæresibus ac prauis dogmatibus materiam & fomenta præstiterit; vel ita obscure & ambigüe versum, vt mysteria nostræ fidei occultauerit, aut non ad sufficientiam, & quantum satis est, ad salutem, explicauerit. Et rursum paulo post dicit, leues illos defectus in editione quidem esse, sed citra vllum fidei ac morum detrimentum. Sexto Bellarmin. lib. 2. ca. 11. certos nos reddere voluit Ecclesia, in iis præsertim, quæ ad fidem & mores pertinent, nulla esse in hac versione interpretationem errata. Septimo ipse Bellarm. oppugnat or. l. 2. cap. 10. pag. 537. editionis huius auctoritatem ita exponit, vt Spiritus S. sententiā vbique, assequatur, quod ad doctrinam & mores attinet. Similis restrictio pag. 542. quod attinet

Versio vulgata approbata, vt intra solum versionis genus maneat probatio.

Versio vulgata est approbata restricte.

riuer ad fidei & morum dogmata pagin. 565. Num errauit S. Hieronym. in iis, quæ Ecclesiæ tanquam authentica approbavit: quæq; ad dogmata fidei & morum pertinent. S. P. Io. Sacroboscus apud eundem p. 541. Cum dicimus nos habere scripturam latino sermone authenticam, aliud nihil volumus, quam nostram translationem esse verum Dei verbum, integrum, incorruptum, ex quo grex Christi doceri, & quæstiones de fide ac moribus intrepide definiri queant. 9. Alph. Salmero proleg. 3. in 2. de vulgata edit. quæsito: liberum relinquit Concil. Trident. omnibus qui scripturas profundius meditantur, &c. non tamen, vt eam falso interpretatam, præsertim in rebus ad fidem vel bonos mores spectantibus, vel errorem intollerabilem continentem condemnent. Duæ Propositiones. I. Quæ à Trid. Concil. versionis vulgata tribuitur auctoritas, non est infinite accipienda, sed definite certis cū modificationibus. Patet I. Quia concilij scopus & decreti causa optime cum modificationibus istiusmodi tenetur 2. Quia ita sentiunt tot & tam idonei auctores 3. Quia per huiusmodi iustas modificationes freno veluti quodam & chamo compescitur effrenis ac immoderata hæreticorum in decretum hoc procacitas & maledictia. 4. Quia Theologus grauis ac fide dignus citatus And. Vega, loco indicato sanctè assuecat, se ab ipsius concilij præfide S. crucis Cardinale audiuisse crebrius, eā Concilij mentem fuisse, vt id genus cautiones intelligerentur. Et scripsit hoc ille, cum superstes adhuc esset Cardinalis ille, posteq; de re tota interrogari: imo hic est ille ipse, qui postea an. 1555. inter Trid. sess. 16. & 17. Pontifex Max. vocatus Marcellus II. 5. Memorat rem eandem lib. 4. fol. 257. Andrad. Vtr. ait, eruditissimus frater Andr. Vega, qui concilio Trid. sub Paulo II. I. maxima cum laude interfuit, multis confirmatur. 6. Neq; auctoritate sola sed & ratione idem rem eandem probat Vega. Et hanc ait fuisse mentem Synodi, nec quicquam amplius statuere voluisse, ex verbis ipsi & aliis consuetis approbationibus concilij, potes colligere. 7. Non possunt hæretici negare, iustum esse, vt in auctoritate hac explicanda bonæ adhibeantur modificationes, quia vel in suarum versionum auctoritate idem faciunt, vel facere, velint nolint, debent. Nam I. Vitræus cont. 1. quæstione 2. cap. 8. Et, ait, nostrorum aliqua interpretationes, in quibusdam locis differant, tamen nec in multis nec periculose. Ecce hæc in verbis postremis cautio & modificatio. 2. Fatentur versiones se nondum habere perfectas, & in quibus mutari nihil debeat. Ideo enim, 1. eas quas habent crebro mutant & corrigunt, vt cap. 18. quæstione 1. dictum, & patet in Beza noui Testam. versione, ac Epistola 80. p. 348. in Geneuensi correctione ac editione Bibliorum anno 1588. 2. Ideo & nouas adhuc meditantur & parant versiones Hollandi teste Jo. Drusio præfat. in lib. Tetragrammato Dei nomine, & Angli, prout mihi sæpe retulit, qui ad id opus multorum studiis ac literis, quin & regis præmiis inuitatus & pene pertractus est Hugo Brugthonus, ita vt vtrique quidem sed nouo præsertim Testamento manum iam admouerit, pleraque interpolarit, vt ipse in veteri Testamento Londinensis editionis ano 1578. Bibliis Anglicanis vidi. Et Robertus gentilis anno 1605. in Patris sui libellum ante citatum de latinitate veteris Bibliorum versionis male accusata: Proemiaco ad Joannem Housonum Epistolio: In Anglicana, inquit, versione cum aliis nunc (anno 1605.) iussu Regis versariis consicienda. Pastores sanè ac professores Ecclesiæ Geneuensis, vt se ipsi appellant, in Geneuensis antea nominata correctionis Præfat. scribunt: versiones pederentim perfici, vt vna tandem haberi possit (nondū igitur apud eos habetur) quæ si non omnino perfecta (quod optandum potius, quam sperandum.) (Ecce de perfecta translatione desperant) ad minimam tamen purâ sit, vt qui ea præditi scientia non sunt, quæ possunt Dominum ore suo proprio (seu lingua Hebraica & Græca) in Prophetis & Apostolis loquentem audire: ei versioni

possint inniti, seu in ea se ipsos statuere ac firmare. Ita vt quod deesse adhuc videretur, id magna cum cura notaretur & diligentibus Pastoribus dum suos docent greges. Accedit, quod vt dictum est cap. 11. q. 2. verbum Dei non putant isti Nouatores versionibus ipsis authenticè contineri. Necessarium igitur est vt suis omnibus ingratis, versionum suarum, quas aut legunt, aut legendas populo proponunt, auctoritatem varie modificent ac restringant. Ita vt culpæ nos haud possint, dum explanationes & cautiones bonas nostræ apponimus versioni.

II. Modificationes quibuscum nostræ auctoritatis versionis accipiendæ, sunt potissimum quatuor, è quibus 1. ad enunciationis huius: Latina versio est authentica, subiectum pertinet: ad prædicatum reliquæ. 1. vt versio hæc sit emendata, vel potius emendatissima. 2. vt nihil, quod veritati, ac fidei, bonisque moribus repugnet, habeat. 3. nihil item, quod iustum vlli opinionis cuiuscunq; noxiæ aut inutilis occasionem præbeat. 4. vt in ipso versionis genere bona sit: id est, primogenium textum verat: eiusq; sententiam reddat. Probantur singulæ.

I. Ex superiore q. 10. Sed addidi iam, vel potius quæ emendatissima, quia superlatiuū quo editionem hanc imprimi iubet Trid. Synodus; aduerbium emendatissima, de ipsa se loqui ostendit, quatenus emendatissima est, ob Patrononymiam sc. atq; à coniugatis argumentum. Ideoq; Andrad. l. 4. fol. 257. Kemniti, qui multa enumerat errata, quæ pro diuinis oculis contedit nobis à Tridentinis Patribus obrudi, vafriem ac malitiam arguens subiungit: Neq; enim potuit non illam decreti partem perlegere, quæ S. Synodus statuit, vt post hæc sacra scriptura potissimum hac ipsa vetus & vulgata editio, quam emendatissima imprimatur; vt demonstraret illam à se vulgatam editionem solum approbati, quæ ab omnibus sit erratis summa diligentia expurgata. Et fol. 257. Cum ab Apostolica sede veterem vulgatam Latinam editionem quam emendatissimam acceperimus, omni erimus cura atq; dubitatione liberi. 2. Ex consentiente multorum, qui citati sunt Theologorum, & eorum quidem, qui ferè omnes contra hæreticos depugnant; explanatione, ac vt dictum est, ex ipso decreti scopo & verbis. 3. Indidem. 4. Ex ipsius, quæ agitur hic; rei natura. Versionem enim aliquam approbare, aliud nihil est, quam iudicare ab ea bene reddi, quod alia lingua scriptum erat. Adeo vt fieri possit, & sæpe quidem fiat, librum aliquem aut epistolam lingua, quapiam scriptam esse authenticam, eius vero translationem non: & è contrario, librum aut epistolam non esse authenticam: versionem vero esse. Gregor. de Valentia lib. 8. Analyticos, c. 5. Esse, ait, versionem aliquam authenticam, nihil hoc loco aliud est, quam esse eam omnino in sententia conformem scripturæ originali. Est autem superioribus hanc adiungendam explanationem patet. Quia vix alioquin aliquid amplius vulgatæ versionis nostræ tribueret Synodus, quam eorum, qui Catholicorum censent libros, bona & accurata tribuere solet censura. Ex hac porro explanatione, quæ admodum & citato loco Grego. de Valeria, sequitur, à Concilio declarari hic auctoritatem versionis nostræ diuinam esse, ob causam nimirum, quæ ca. 11. q. 2. exposita est. Dico autem semper in positio bene, & bonam, quia de comparatione in sequentibus agetur quæstionib. vt in superioris quæstionis extremo dixi.

Vnum vero præter ea, quæ superiore obiciebantur quæstiuncula, occurrit, quod obuii possit. Editæ sunt nuper hoc anno 1608. Francofurti declarationes Tridentini concilij. In earum principio ad sess. 4. ita legitur: Acriter reprehendendus est Vega lib. 15. cap. 9. de Iustificatione. qui tam audacter locutus est de hac re. Sed Respondendo. Istiusmodi declarationum, siue Iudicum sententiarum, siue doctorum opiniones, siue sapientum responsa, siue huiusmodi aliud quippiam sit, auctoritatem

Nullæ versiones notæ
torum authenticæ.

Quid sit
versionem
probari.

Synodi in
facienda
nostra ver-
sione mens.

Hæreticorū
versiones
quales.

vti par est, reuerendo; dubitari posse an absq; deprauatione ac mendo edita sint. Nam neque in verbis proxime antecedentibus Grammatica satis bona est: neque quod iis aduerfetur, affirmare quiequam eo loco videtur Vega. Deinde Typotheta, opetaq; alię ac iftarum herus haeretici fuerunt. Et iste in sua ad Lectorem præfatione subindicat aliquid alicubi prauum esse, quod in ipsius tamen exemplaris intricatam manum conferat. Et vidi ipse declarationes eadem manuscriptas, in quibus horum nihil esset. 2. Declaratio ista est ad ea, quæ decretum, quod tractamus, antecedit, verba, cum omnibus suis: declaratque libros Bibliorum integros cum omnibus suis partibus pro sacris & canonicis habendos. Addit enim: Etiam quod sola perodus, sola clausula, vel sola dictio, aut syllaba, totaue vnum, quod repugnaret vulgata Latina editioni. At hoc totum non modo nos, sed & Vega ipse de emendata seu emendatissima versione libenter ratetur.

§. 4. Accusationes graues ante protuli. Scharpius antiqua mendacia refricat controuersia sexta.

Eckius citatur quasi dicat *scripturam non esse authenticam, nisi Ecclesie auctoritate*. Deinde Hermannus quidam à Pareo, à Scharpio, ab aliis producit, quasi dicat *scripturas non plus valere, quam Aesopicas fabulas, si desit auctoritas Ecclesie*. Sed Eckius loquitur de Bibliis quoad nostram cognitionem, Hermannus ille nusquam est, nusquam fuit, nisi in eorum cerebro, qui sibi hostem finxerunt, vt vincerent, & magna tamen pars iubilantium tanquam niue sua commenta texerunt hac fabula. Verum vt hac quoque parte veram stabilemque catholicorum fidem animaduertant, paucis rem exponam.

Summa est Ecclesie vtilitas. Propositio prima. Auctoritas sacrae scripturae summa est, à Deo efficienter, in se formaliter ob veritatem, quæ est vocis, & rerum, siue signi, & significatorum conformitas. Hac in re cautiore non dissentunt à nobis, nisi quod Caluinus aliique nonnulli, quædam falsa, & mendaciola illi imputent, vt paulo ante docui.

Auctoritas scripturae cognoscenda est. Propositio secunda. Vt veritas aliqua cognoscatur atque approbetur, non satis est eam esse in se æquiuocam, ex se habere firmitatem, & dignam creditu esse, sed necesse est etiam, vt idoneis testibus, atque instructione doceatur. Tres sunt in deitate personæ: Orbis conditus est per sex dies, homo lapsus est, diluuiio orbis oppressus est: Hæc certa sunt, sed vt erendantur, non sufficit certa esse in se, opus est, vt ignorantibus, dubitantibusque illa certitudo exponatur. Hæc quoque ad ipsa Biblia accommodanda sunt. Nam quemadmodum credo Mosen eduxisse populum ex Ægypto, legem promulgasse in monte Sinai, ita quoque credo eum libros illos, qui vocantur Mosis, scripsisse. Eadem enim fide librorum veritatem, & historiae amplector: Id vero non ab ipsis sufficienter bibliis, quia ex natura rei non cognoscitur historia, nec audita creditur, nisi sit ratio aliqua, quæ nobis eius persuadet veritatem. Errat igitur Robertus Rollocus, & Caluinus, & Pareus, & feruor iubilantium; Cum negant opus esse alio quopiam vt scripturas discernamus; sicut solem cognoscimus, & tenebras à luce discernimus, album à nigro, sapores suaves ab amaris.

Si quis enim ignaro memoret Mosaicam historiam, aut legat eam, nonne adhuc dubitabit de veritate historiae; ac proinde de fide libri quo continetur? Apocalypsin reiecerunt Caluiniani, nunc probant, an ergo priores cæci fuerunt, an solem à tenebris non distinxerunt? E si in re æquiuoca, natura sua notissima, & clarissima, & causa lucis illius, quæ est in Ecclesia, & cordibus hominum errarunt, cur illis adhuc manet auctoritas apud errantes?

Propositio tertia. Auctoritatem scripturae quoad

homines Deus primò dedit illi, cui reuelauit, vt certo cognosceret, à Deo se illa habere. Deinde illa populo indicauit, miraculisque firmavit: hinc Ecclesia quæ tum fuit, recepit, & posteris tradidit: Ecclesia, hoc est cætus, qui Dei spiritu regebatur. Hinc illud Augustini est: lib. contr. Epist. fund. cap. 5. *Ego vero Evangelio non crederem nisi me Catholica Ecclesia commoueret auctoritas.*

Propositio quarta. Scripturae auctoritas, & Ecclesie creditur à nobis sub hac formali ratione, quia Deus reuelauit, præter illam reuelationem sunt motiua credendi, quæ inducunt nos vt euident sit rem prudenter credi posse, non sunt tamen ipsa ratio credendi, sed motiua duntaxat, quæ possunt ita proponi alicui de scriptura, vt eius auctoritatem credat, quamuis expresse de Ecclesie auctoritate non cogitet, implicite tamen creditur auctoritas Ecclesie etiam in hoc actu.

Propositio quinta. Ecclesia non modo est obiectum cognitum, seu obiectum fidei creditum, vt est in Symbolo, *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam*. Sed vnum etiam ex motiuis: Est vero antiquior, notiorque quam scriptura, ideoque eius auctoritas in credendis scripturis plurimum momenti habet. Ea tamen necessaria non esset, si alia essent argumenta, quibus perspicue, & sine falsi suspitione Bibliorum auctoritas probaretur. Verum id fieri non potest: quomodo enim non modo Indi occidentales legendi ignari, sed Japones etiam, Chinesesque continuo omnes bibliorum libros perlegere, eorum auctoritatem cognoscere possunt: imo quomodo Hebræam & Græcam linguam addiscere, qui pronunciare non possunt?

Propositio sexta. Scripturae auctoritas in se est maior absolute quam Ecclesie. Quia tota, omnesque eius apices sunt à Spiritu sancto: at in Ecclesia definitionibus, sententia tantum quæ definita est, à Spiritu sancto esse creditur, disputationes antecedentes, rationesque, non sunt de fide, verba etiam non necessaria & superflua esse possunt. Deinde scriptura à prophetis sanctis, sapientissimisque tradita est, sine meditando, studendo, disputandi labore, celesti penitus magisterio scripserunt, miraculis confirmarunt. Denique omnia, & singula scripturarum sunt certissima, siue de fide, & moribus generatim agant, siue de rebus singulis, præteritis, futuris. At Ecclesie definitiones illæ solum fide creduntur, quæ sufficienter propositæ sunt, & generales sunt, quæque ad fidem, aut mores faciunt.

Propositio septima. Cum igitur Conciliorum, Summi Pontificis, vel vno nomine Ecclesie auctoritas, à quibusdam æquatur scripturae. Tantum de illorum decretorum veritate intelligendum est, sic accipienda verba Diui Gregorij libro primo Epistolarum vigesima quarta. *Sicut sancti Evangelij quatuor libros, sic quatuor Concilia venerari me, ac suscipere fateor: vbi particula sicut est similitudinis, non æqualitatis.* Vt Bellarminus & Serarius in prolegom. docet, cap. septimo, quæstione duodecima. Nec offendi quicquam hac propositione debet. nam recte S. Athanasius Epistola ad African. Epist. *Verbum Dei, per æcumenicam Nicæa Synodum manet in æternū.* Spiritus enim sanctus assistit Ecclesie suæ, eandemque gubernat in æternum. Nec mirum videri debet vlli hominum Ecclesie auctoritatem esse constanter veram, nunquam fallacem, cum illos, qui eam aspernantur, videamus totū suæ propriæ auctoritati tribuere, quod Ecclesie abstulerunt. Nam priuato instinctu certos se esse profitentur? Si cuiuslibet idiotæ tanta est in suo sensu certitudo, cur eam Ecclesie negant? cum Deus ipse testetur, verbum Ecclesie esse verbum Dei? quiqu;

Ratio credendi est reuelatio.

Ecclesia est obiectum fidei, & motiuum.

Scriptura auctoritas maior, quàm Ecclesia.

Decreta Ecclesie quædam æquatur scripturae.

Ecclesia verbum est verbum Dei.

Ecclesia auctoritas alio quo aliquando respectu maior est quam scriptura.

quique illud contemunt, Deum ipsum respiciunt. Matth. 6. 18. & 18. 17. Luc. 22. 32.

Propositio octava. Ecclesiae auctoritas aliquo respectu quoad quosdam homines est maior quam scriptura. Hoc nemo mirabitur, qui animaduertit, simile aliquid in omni secula. Primo Ecclesia scripturam credendam proponit, exponit, & quo potest modo auctoritatem illius probat Catechumenis, qui Ecclesiae proponenti credunt, estque eius auctoritas evidenter, quam scripturae, cuius multas partes illi ignorant. Lutherani pluris suam Ecclesiam faciunt, quam Epistolam ad Hebraeos, & Jacobi reiciit, quam verbum Dei, ut Calviniani testantur. Est vero id omnino illis necessarium, ut constat ex ante dictis: Cum enim plerique exemplaria Hebraea, & Graeca non habeant, & vix ullus sit, qui omnia ad primaevas linguas examinet, nullus omnino qui *αὐτὴν ἐξέφα* legerit, credunt suis Ecclesiis, Lutherani sua biblia recte adiunt versam, & damnant Tigurina, Calviniani e contra damnant Lutherana, & suis credunt, atque ita sacram legem quique ita sibi tribuit, ut aliis neget.

CAPVT XXV.

Sectarios habere veram Dei legem non posse.

Qui valde assenerant, valde errare solent.

Sectarij non habent authenticam biblia.

Hebraeam exemplar authenticum non habent.

§. I. NIMIVM amando quidam nocent, multo magis nimia amoris simulatione id agunt hypocritae; nam nostri ministri quotidie clamitando, purum verbum Dei, fontemque puros Hebraei, Chaldaei, & Graeci sermonis: iam eo perueniunt, ut si vera sunt, quae contra nos dicunt, necesse sit eos omnino biblia carere. Ratio mea ista est.

Quicumque hactenus nulla biblia authentica in suis Ecclesiis legerunt, vel audierunt, illi Dei verbum suo iudicio non habuerunt: nam de ratione seu essentia verbi diuini est, *τὸ ἀόρατον*, imo ut etiam proficit animabus, necesse est cognosci & amari ut authenticum, & verbum immutabilissimae veritatis. Sed in Ecclesiis Euangelicis nulli hactenus authentica biblia habuerunt, quibus secundum suam doctrinam tanquam authenticis credere potuerint: non ergo biblia habuerunt, imo nec manente sententia habere possunt.

Maior propositio consensu datur, minorem probat. Primo. Non hebraeam, non graecam, non latinam, non alterius versionis habent, nullam igitur scripturam, quam pro authentica agnoscere possint, in qua habuerunt. Non hebraeam, quia primum exemplar originale a Mose aliisque scriptoribus editum non videntur, apographa tantum longa serie ad nos translata acceperunt, illa fideli manu, & non errante calamo exscripta esse, certo cognoscere non possunt. Neque enim ex ipsa scriptura possunt certo statuere, hoc est enim *τὸ ζεῖνον*, quodque in controuersiam trahitur, an scriptura quae se diuinam appellat, reuera talis sit, & an hoc emendate scriptum sit exemplar, itaque quod in diplomate principis, idem in Deilege faciendum illis est.

Zvinglius nempe, & alij Apocalypsin diuinam esse negarunt. verbis illis quibus prophetia inchoatur, *Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus*, falsa, & impossibilis iudicauerunt, qui Apocalypsin repudiarent. Nunc admittunt, non quia verba illa libro praetextuntur, quae Calvinianos, & Lutherum non permouerunt, sed alias ob causas: ut scilicet pontifici Romano maledicant. Sed iam de fide notariorum, & librariorum loquor, & quare, quo argumento ducti sibi persuadent recte exscripta esse: Non ex scriptura, nusquam enim testatur, se per duo vel tria annorum millia inter tot haereseon fraudes, iactationesque ad nos illam, intactamque peruenisse.

§. 2. Nec cognosci hoc potest, ex priuato spiritus instinctu ad Ecclesiae aedificationem. Ratio manifesta est, quia licet mentem illustrare Deus, & reuelare arcana sua possit, non tamen alienae mentis certitudo ex occulto instinctu obsignatur, quare enim credam illis, qui Enthusiasmos, & instinctus suos mihi obtrudunt? verbum Dei quare.

Neque ad rem facit primitiae Ecclesiae attestatio, quia humanum est testimonium & fallax, ut illi volunt, nec de sequentibus ex scriptoribus iudicare potuit.

Quod si omnem sibi viam praeciderunt, quae ad certitudinem scripturae primogeniae peruenire possent, multo minus de vlla versione certi sunt: atque id sane fatentur ipsimet. Lutheri superius verba citavi, dicentis: *Ich kan weder Griechisch noch Hebraisch, Nec Graece, nec Hebraice scio.* Si verum dicit: tunc verbo Dei docuit: nam eius discipuli & Calviniani solam Hebraeam scripturam, & Graecam authenticam adiunt. Ita Scharp. conc. 2. de script. & Chamberius libello contra Jacob. Suaresium pag. 12. profitemur nolle se vlli bibliorum versionum stare, sed tantum natiuis linguis, Hebraicae quidem pro veteri, Graecae autem linguae pro nouo testamento. Merito autem versionum nulli fidunt, nullam enim non vitiosissimam habent, ita rex Angliae in collatione Hamptoncuriana: Edendam omnino esse aliquam uniformem Bibliorum translationem, quod, Anglicam hactenus bonam vidisset nullam, omnium vero pessimam iudicaret Geneuensem, eiusque notas ad marginem adiectas censeret partiales, falsas, seditiosas, periculosas, ac peruersissimas animi machinationes nimium redolentes. Sic autem edendam, ut post duarum vniuersitatum laborem, post Episcoporum ac doctiorum clericorum reuisionem, consilio priuato offeratur, & a Rege demum auctoritatem accipiat, vniuersae Anglicanae Ecclesiae ad eam vnam amplectendam adigatur.

§. 3. Cum igitur nulli versioni ut authenticae stare possint, & versiones suas sibi mutuo tanquam erroneas obiciant, nec ad fontem omnes recurrere possint, omni auxilio destituuntur: Nam quotus quisque, est ita gnarus Hebraeae, ut ex certa scientia de puro fonte hauriat? caetera turba est carnosis, & varia haeresei venenatis riuus potatur.

Non concedo hoc illis qui biblia vertere se ex Hebraeis confessi sunt, quod vnius hominis esse negat Beza in praefat. ad nouum testamentum. Nam quamuis sibi eruditi videantur, cum tamen nati Hebraei non sint, cum vtantur glossis, lexicis, interpretationibus Rabbiorum, nisi putent se memoria, iudicioque posse falli, omnium sunt hominum vanissimi. Lutherus post annos prope 20. falsus est, *Santum, Munsterum, se, crebro errasse, quod glossis Rabbiorum nimium crediderit.* Munster ait, plurimos versus omisos in Sante, sicut & recognitione Lutheri. Versionem suam ille aliquoties recognouit, fannis eam Tigurini exceperunt, Osiandriani adiunt loca scripturae a Lutero magna falsitate, & dolo interpretata, in confess. Mansfeldica.

Non sunt illi certi de sua propria versione, eam esse scripturam, nisi infansissima arrogancia fidem suam vltimo resoluunt in accuratissimam quatuor linguarum Hebraeae, Chaldaee, Graecae, Latinae cognitionem.

Secundo argumenta quae contra veterem editionem inualida sunt in haereticos conuertere, & retorquere valide possumus. Statuamus igitur aliquem ex quacunque religione harum quas nominavi linguarum magna ex parte ignarum, salutis tamen cupidum, veritatis studiosum: Huic Biblia Germanica offeramus, ex verbo Dei ut discat veritatem. Si Lutheri, vel Tigurinorum illa fuerint: dicet Scharpius, de sacra scriptura controuersi. 2. column. 27. Si hac versio est authentica, vel propter interpretem Lutherum, vel propter approbationem Ecclesiae, vel quia cum hebraeo textu conuenit. Non prius, quia ne Lutherus quidem authenticam putauit. Nec approbatio

Nulla scripturam authenticam habent.

Versio Anglicana.

Ignarus hebraeae & graecae linguae ex sententia aduersarij incertus est salutis.

Versiones haereticorum.

In praefat. bibliorum.

Nulla haeretica est authentica.

Biblia Lutheri virgis cesa.

Ecclesia nescientes hebraice, & Græce non habent authenticam scripturam.

batio Ecclesiæ, quia non potest facere canonicam ex non canonica. Multo minus, quia cum Græco vel Hebræo conuenit; quia id ille iudicare non potest, sed credendum est Lutherano alicui ministro, qui forte nec ipse est hebræus, nec Græcus. Quid si autem Marthesio ille credat, Lutheri versionem pro concione cedenti virgis, & dicenti: *discas melius?*

§ 4. Deinde ergo nulla hæcenus Biblia habuimus nisi sola Hebræa, & Græca. Nulla igitur fuit Ecclesia iuxta Sectarios Lutherana vel Zvingliana. Nam vnum mihi ostendant, qui Biblia Hebræa, & Græca intellexerit, & eorum religionis fuerit. Quid igitur huic facies, an ad Grammaticas Scholas Græcorum, Latinorum, & Hebræorum ablegabis? Hoc sane frustra fuerit: sed tamen nulla est authentica scriptura, si versio septuaginta Græca, si Latina reiiciuntur: nam Hebræa à nullis fere Christianis, nisi paucissimis intelligebatur: aduersarii autem nostri, sola scriptura, sola Hebræa veteris, & Græca noui testamenti vtendum censent: quæ quamuis authentica sit, non tamen id constare potest illis, qui codices hebræos nunquā viderunt. Falsum est, inquit Scharpius, Græcam Ecclesiam vetus testamentum habuisse authenticum in lingua Græca. Deinde ait. *Vera Ecclesia debet habere, & habet adhuc viros, qui has linguas intelligunt: licet Romana forsitan Ecclesia nullos aut paucos.* De Romana Ecclesia alias videro, nunc illa verba examino.

§ 5. Vera Ecclesia debet habere gnaros Græcæ, & Hebrææ linguæ? An si non habeat: eritne vera Ecclesia? si asseris, quid fiet tot vestris Ecclesiis, quibus præfident quadrati prædicantes, factores, alii quos nominant toties Arminiani in Belgio. si concedis fore Ecclesiam sine Græcis, & Hebræis prædicantibus, necesse est etiam statuas eam fore sine scriptura, quæ cum sit sola verbum Dei, erit Ecclesia Dei sine verbo Dei. Quod est absurdissimum. At Germanicum aut Britannicum verbum habeat. Nihil ad vestras imaginationes hoc facit. Scriptura Germanica aut Britannica nulla est authentica, omne verbum Dei est Authenticum; ergo nulla scriptura Germanica vel Britannica est verbum Dei. Omnē ergo fidem necessario tollunt ab idiotis, qui tam multa credere coguntur, quorum certi esse non possunt. Primò libros esse scriptos à prophetis, 2. recte exscriptos, 3. Bene conuersos, 4. Hæc ex scriptura clare doceri, 5. Talem instinctum se habere, qui non fallat. Horū singula plurima continent: videlicet interpretes linguarum doctissimos fuisse, diligentissimos, eorum notarios fidelissimos, & licet multi errarunt, in versione tamen suos non errasse. Biblia igitur vertendo euertunt, idque efficiunt, vt nihil sincere credatur, sitque pro fide curiositas, & contentio.

Notauit id Beza in 10. a. & in digressione. Nam eo res iam deuēit, vt non modo qui ex ingenio aliquid commentantur, à consuetudine, & familiaribus scripturæ verbis, tanquam obscuris, inspidis, obsoletis abhorreant: sed iam qui scripturam à Græco conuertunt in Latinum, aut aliud aliquod idioma, quiduis sibi in interpretando licere putent. Quos si reprehendas, statim audias, interpretis officio fungi. non qui verbum conuertat à verbo, sed qui sententiā exprimat. Ita sit vt dum quisque suum iudicium libere sequi mauult, quam religiose Spiritus S. interpretem agere, plurimā nō tam conuertat, quam peruertat. Cui libidini & audacia nisi occurratur, nā aut ego vehemēter fallor, aut intra paucos annos paulatim ipsarum quoque rerum possessione depellemur. Non itur obuiam illi libidini, sed gloria, præmiis, & infidelitate accenditur, ideoque iam ipsarum possessione depulsi sunt.

Ex his manifestissimum est: & nos legē diuinā habere constitutam Ecclesiam, & illos non habere.

Deinde nostram Rempub. optime constitutam, vt in qua legislator supremus adoratur, lex eius asseruatur, exponitur, intelligitur, seruatur, atque hæc de lege

Dei scripta, vnde omnium legum in Republ. est sanitas, sanctitasque.

§ 6. Ostendi varie Sectarios auctoritatem legis diuinæ scriptæ tueri non posse, nunc quid ann. 1617. illi scriptitarint videamus; Scharp. col. 6. Quatuor officia Ecclesiæ de scriptura recenset. 1. est testis, custos, tabernaculi instar. 2. Vindex, quia falsas à veris discernit, vt auri-faber aurum ex cupro, quia ad hoc spiritum Dei habet. 3. est præceptor scripturæ. 4. est interpret, sed vt scripturam ex scriptura interpretetur, nihil de suo committendo.

§ 7. Quatuor item media scripturæ cognoscenda. Primū, est ipsius scripturæ vel Dei in scriptura loquentis testimonium. Secundum, instinctus priuatus. Tertium, doctrinæ substantia, qualitas, forma docendi, euentus miracula, Sathanæ aduersus illum furor, hostium poena. Quartum, Ecclesiæ testimonium. Hoc pertinere ait ad eos, qui sunt extra Ecclesiam, priora testimonia minime, fideles ex prioribus testimoniis certius cognoscere scripturæ auctoritatem, sed præcipue ex testimonio Spiritus S.

De officiis vno syllogismo rem conficio, Ecclesia est custos, testis, vindex, præceptor fallax iuxta Scharpiū, non ergo habet Spiritū Dei ad diiudicandum libros germanos, & genuinos à falsis, & supposititiis, quæ admodum prima Ecclesia Caluiniana non recte de Apocalypsi iudicauit, quum eam Christi sponsi vocem esse negauit, illa igitur officia non recte constituta sunt. Ex hiis igitur nihil certo præstat Ecclesia.

Media quæ proponuntur, fidem scripturarum apud illos penitus euertit. Primum ait esse ipsius scripturæ, i. e. Dei in scripturis loquentis testimonium, per quod primi motus in cordibus excitantur. Hoc testimonium à secundo, hoc est, testificatione spiritus diuersum non est, aut si diuersum est, nihil efficit.

Si enim motus excitat credendi, id necesse est testificatio efficiat, de qua testificatione postea loquar, quia enim plura continent, in postremum locum differam. De tertio medio nihil certum est. Nam primum, substantia doctrinæ, ait Scharpius, in scripturis contenta omnem terrenum captum superat; 1. Corinth. 2. 14. Non igitur ex substantia potest probari scripturæ auctoritas, quia nondum intelligitur à Catechumenis, deinde multæ eius partes nō intelliguntur à valde peritis. Tertio, quædam nesciuntur etiam à peritissimis, ex illis igitur quæ in Scriptura continentur, non potest certo eius auctoritas cognosci, nisi omnia quæ in eo sunt, accurate intelligantur, est enim quædam veritates perspicuæ sint, multæ tamen recondite manent, quæ probari non possunt incognita. Ille igitur modus est difficillimus, longissimi temporis, & vt certe iudico, hoc tempore ad ætatem; quomodo enim quispiam totam scripturam, hoc est omnia illius mysteria & a. v. 10. a. v. 10. inter tot millia pugnantium interpretum ita dissoluet, nulla vt in re hæreat: id autem necesse est facere, si ex illis quæ in ea continentur, auctoritas scripturæ dependet. Nam vt dicat quispiā de libro Heracliti, aut aliorum notorum: quæ intellexi præclara sunt, puto & illa esse quæ non intellexi, facile permitto, de sacra Scriptura ita loqui non possunt, qui ex perfectā eius intelligentia eius auctoritatem colligunt.

§ 8. Addit Scharpius, apuritate, quia nihil vitiosum continet; Verissime credo nihil vitiosum continere, sed vt ex eo de auctoritate statuam, opus est, vt omnes eius partes, ac membra non modo perspicuissima habeam, sed etiam cum Hebræis, Chaldeis, Græcis exemplaribus, & quidem diuersis omnia conferam. Nam vt de hac maiore nihil dicam: Quicumque liber nihil vitiositatis continet, est diuinus; minorem hanc sine ingenti cognitione nemo sibi persuadebit. Hic liber nihil vitiositatis continet; probanda est enim inductione, nec hæc, nec illa pars vitiositatem continet. Nam probanda est ex illis quæ conti-

Legem irritā faciunt, & nos accusant.

Officia Ecclesiæ de scripturis nulla possunt esse apud sectarios.

Ex substantia doctrinæ non possumus penitus esse certi.

Totum apprehendere non possumus ex substantia doctrinæ, quæ non intelligimus.

Nihil vitiositatis esse in scripto aliquo diffcult cognoscitur.

continentur, at hoc modo nemo probare poterit, nisi qui summo ingenio, longissima aetate, quietissimo ocio, adamantino labore ei insudant. Demonstratio hoc exemplo quod mihi Scharpius suppeditat. Ecclesiam probare, & diiudicare scripturas, ut auri faber aurum, at si aurifaber centena aureorum millia vno vase contentorum explorare, & probare debeat, ex illis ipsis quae vase continentur, non alieno testimonio ut certe singulis lydiu lapidem artere oportet, neque enim sciet nullum aureum adulterinum esse, nisi postquam singulorum *doctus* perceperit.

Id inquam necessarium est, si ex illis quae vase continentur sciendum est, nullum aureum esse vitiosum. Itaque qui haec praedicant, homines etiam doctissimos ad desperationem adducunt, nec quicquam scripturis ipsi credunt, nec alios credere permittunt. Non ignoro ex eo, quod nihil in scriptura vitiosum ostendatur, credibile heri eam divinam esse, sed hoc, nihil ostendit tale esse, plerique testimonio Ecclesiae adducti sentiunt, nec in experientia fundamentum fidei ponunt.

At rapit scriptura in admirationem: Ita est, sed rapiunt & alia nonnulla, grauitate, simplicitate, & bene, vereque dicta.

Ex illis quae in scripturis sunt, consonantiam etiam medium esse affirmat, sed experientia sua nemo illam cognoscit, nisi omnia cum omnibus conferat. Miracula, poenae, irae hostium contra scripturam, eam credibilem faciunt, certissimos sectarios facere non possunt, quia multa scripturae carent miraculis, nec poenis hostium sancitae sunt.

Sed his tandem omisis in quibus nec ipsi multum praesidij ponunt, artem omnium haereseon, & latibulum inuadamus, illud est, *instinctus cuiusque priuatus, qui facit, ut quisque nouerit quae scriptura sit canonica, quae non sit.* Perinde ac si legem principis, tuo spiritu recipias, vel antiquas.

Verum dum hoc rei caput ponitur, miseris animabus desperatio iniecitur, & scriptura euertitur. Nam primo, quomodo idiota instinctu suo discit, hanc esse scripturam ex hebraea in Gallicam linguam bene translatam, qui Hebraeam nunquam vidit. Deinde, si sufficit ille instinctus, quid opus est alijs criteriis & argumentis? Tertio, ne docere quidem possunt, qui instinctibus illis vtuntur, nam intimo later ille additus pectore, nec in aliorum venit cognitionem. Quarto, diuersus est: Castello cantica canicorum reijcit, alij alios, qui prout Enthusiasticus dedit. Quinto, instinctus circulum habet: Vnde credis scripturam, quia eam veram esse testificatur spiritus, vnde scis hanc esse veram testificationem, quia scriptura ita asserit. Sexto, Blasphemia est, ex suo instinctu verbi diuini auctoritatem ita comprobare, ut tandem in tuu iudicium omnia resoluas: Hanc enim ratio omnibus haereseon ansam, & praetextum praebuit. Facetur etiam, Scharpius non omnes Ecclesias quae habent spiritum Dei, consentire de scriptura. Denique disputando tandem inuiti in nostram sententiam delabuntur, & nomine scripturae doctrinam etiam non scriptam accipiunt. Scharpius enim ne scriptura antiquiorem Ecclesiam fateri cogatur, cum manifesto constat sola traditione primam Ecclesiam contentam fuisse, ita scribit colum. 63. In prosyllogismo est capto homonymia in nomine scriptura: Sumitur enim aliquando nomen Scriptura, pro Scriptura substantia, & rescripta, hoc est Dei verbo: & tum nihil aliud est quam doctrina deo tradita: aliquando pro huius doctrinae accidentis, scilicet scriptione, & exaratione in libris. Primo sensu Scriptura est antiquior Ecclesia, sicque propositio est falsa: Scriptura enim, seu verbum Dei, est Ecclesiae fundamentum: Ephes. 2.20. At fundamentum est antiquius edificio: ita scriptura est Ecclesiae se-

men, Matt. 13. 1.1. Pet. 1.23. At semen sobole illa, cuius est semen, antiquius est: Denique hoc idem verbum quod iam scriptum, fuit tunc non scriptum.

Vbi aperte scripturam vocat verbum Dei non scriptum, quod cum postea scriptum est, non statim vniuersum, potuit tamen a multis non scriptum retineri. Sed hac de re mentio erit cum de traditionibus agatur.

CAPVT XXVI.

Legem diuinam scriptam vere difficilem esse.

§.1. Clarissimam esse Scripturam docere solent Sectarij. Joannem Fayium ministrum Albenacensem dixisse in concione refert Jacob. Gualterius in tabulis Chronographicis, saeculo 1. c. 4. Nul- lum esse opificem, qui, modo legere norit, Euangelium non intelligat. Jacob. Martini in thesibus Jubilariis thesi 91. Abstineat ergo vos Pontifici, & cum primis vos Iesuita, a se- disimo vestro coccyso, quo non tantum sacras scripturas, ob- scuras, difficiles & intricatas esse clamitatis, sed etiam ita ambiguas, & flexilologas calumniimini, ut instar nasi cerei flexibiles, nullam prebeant certam, constantem & immotam sententiam, imo multorum errorum, eorumque grauisimorum, latibulum eas blasphematis.

Et 92. admittite quoque, Laicos ad Sacrarum literarum le- ctionem. Quid dico admittite: Quum non tantum admisi sine a Domino ipso, sed etiam ad illam inuitati, certisq; mandatis adstricti ut ab eadem non nisi summo cum sacrilegio arceri possint.

Ceteros recensere superuacaneum fuerit. Soli qui hoc anno iubila concinnarunt, vel adiuuerunt, aliud senserunt Pareus, & Scharpius. Pareus in Apocalypsin hoc anno vltimum maledicentiae opus edidit, nam sacrum *reueletio* supremum nominauit, in quo fateretur Apocalypsin difficilem, primo in commone- factione: Filij se illam in peculio relinquere praeserim, quod sentiret se altitatem myriorum nondum attingisse, neque satisfactum alijs, qui ipsi in multis non satisfecissent, iudicia interpretum magis exquirisse. Petit etiam veniam pro non inuestigatis. Sequitur Clemangem hominem suspectae fidei, a Luthero suspectissimo sectu. De ob- scuritate tractat c. 3. proleg. De obscuritate, inquit, A- pocalypseos scribens August. In hoc, inquit, libro, cuius nomen est apocalypsis, obscura multa dicuntur, ut mentem le- gentis exerceat, & pauca in eo sunt, ex quorum manifestatione indagentur cetera cum labore, maxime, quia sic eadem multis modis repetit, ut alia atq; alia dicere videatur, cum aliter atq; aliter hac ipsa dicere inuestigetur. Et Hieron. Liber in Apo- calypsi septem sigillis signatus ostenditur, quem si dederis homi- ni sciendi literas, ut legat, respondebit tibi: Non possum, si- gnatus est. Et postea: Apocalypsis Ioannis tot habet sacramen- ta, quot verba. Parum dixi pro merito Voluminis. Laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices lateat intelligentia. Ita sane est. Nam tum in omni scriptura sacra reliqua: tum vero in ista satis intelligenda humanae mentis ac- cies, nisi diuini spiritus illugetur radiis, magis caecu- tit, quam oculi nocturnarum ad lucem meridianam caecutiunt. Obscuritatis vero huius non obscure cau- sa sunt.

Primo totus liber est propheticus de rebus futuris: Scribe, inquit Angelus, quae vidisti, & quae sunt, & quae fu- tura sunt. Futura autem ut futura, quia nondum sunt in vilo sensu, vel omnino ignorantur, vel praecognita non tam intelligentia, quam spe concipiuntur.

Adde, quod hac futura non apertis verbis enun- ciantur, nec temporum, locorum, personarum nota- tionibus definiuntur. Sed rectis visionum enigmati- bus B. Joanni scribenda reuelantur. Sunt quidem

Scriptura
difficilis.

Pareus diffi-
cilem fate-
tur Apocal.

Lib. 20. de
C.D. 17.

Tom. 3. ad
Paulin. c. 1.

Obscurita-
tis Apoca-
lypsos cau-
sa.

Visionum
differentia.

Dan. 5. 5.
2. Reg. 6. 17
Exod. 3. 2.
Act. 10. 11.
Act. 13. 11.

in Scripturis multae visiones aperta, mentis vel corporis oculis obiectae, quomodo rex Balthasar vidit manum scribentem in pariete: Eliseus vidit currus igneos circum se: Moses vidit rubum ardentem ante se: Petrus vidit hircum cum quadrupedibus demissum in terram. Paulus vidit nocte Dominum supra se stantem, &c. quae difficultate magna caruerant. Sunt vero aliae visiones magis rectae, quando dormientium, vel vigilantium mentibus imagines arcanum quid significantes exhibita leguntur: quarum mysteria nisi reuelarentur, obscuritatem haberent, humana indagine imperuestigabilem. Ex quo genere fuerunt somnia Pharaoni, & Nobucadnezari oblata: Ezechielis item & Danielis ac Zachariae visiones, ad quas visiones Apocalypticas merito referimus. Et illorum quidem somniorum arcana Deus singulari bono non modo somniantibus reuelauit, sed ad omnium quoque intelligentiam scribi voluit. Visionum vero mysteria etiam prophetis seruis suis etiam patefecit, alijs tamen omnibus abdita reliquit, nempe ut profani quidem homines res tam obscuras semper fastidirent: pii vero ipsa obscuritate ad inuestiganda diuina mysteria magis excitarentur.

Et pag. 18. Etsi vero ad intelligentiam omnium arcanorum huius libri difficulter & vix penetrare queamus, non debet tamen difficultas ab inuestigatione nos abstergere.

Pareus Apocalypsin a nullo sit intellectam

§. 2. Deinde cap. 4. cum de interpretibus agit, concludit Apocalypsin a nullo intellectam. Verba eius sunt pag. 21. Ex nostris vero seculo proxime elapso haud pauciores Theologi eruatore clari manum huius libri adnotauerunt. Quibus omnibus tamen meo quidem iudicio faciem praetulit Henricus Bullingerus Ecclesiae Tigurinus, quem se fecuti sunt alij, David Chytraeus, Alphonfus Conradus Mantuanus, Franciscus Lambertus, Sebastianus Meyerus, Nicolaus Collado, Ioannes Foxus, Benedictus Aretius, Matthias Illyricus, Augustinus Marcoratus, Petrus Artopaeus, Franciscus Iunius, Daniel Tossanus. Et recens nouo hoc seculo Ioannes Napaeus Scotus, Thomas Birckmannus Anglicus, Raphael Eglinus Iconius, Conradus Graferus Francus, Ioannes Piscator, Matthias Hoe, Matthaeus Cottauius Gallus, alijs, mihi non noti.

Quorsum vero, inquis, ista tam multa: vt nimirum ostendam, quod institui, nihil de auctoritate huius libri diminui ex eo, quod insigniores aliquot Theologos ab eius interpretatione abstulisse, obiectum fuit.

De interpretandi ratione, quam quisque illorum tenuerit, atque an effecerint tam multi, quod voluerunt & debuerunt: nimis longum foret explicare, & a praesenti instituto alienum. Vnum hoc forte contra iniuriam omnium quis affirmauerit, id libro huic euenisse, quod de muliere in Euangelio sanguinis fluxioni obnoxia Marcus Euangelista scripsit, multa eam a medicis perpeffam, nihil vero adiuuam fuisse, sed potius in deterius remisse: non tam forte medicorum imperitia, quam immedicabilis mali pertinacia, quippe cuius curatio illustranda gloria Christi reuelata fuit.

Nemo coherentia de Apocalypsi scripsit iudicio Parei.

Dum enim tam multi suam quique ingenij vim rationemque secuti tam varia de enigmaticis huius visionibus protulerunt, pia quidem illa, vt arbitror, commenta, sed parum plerumque inuicem coherentia, vel ad scopum mentemque spiritus quadrantia: factum est, vt cumulati quidem in hunc librum commentarii extant, quorum nullus non lucem nouam polliceatur. Obscuritas vero eius non modo parum sit imminuta, sed densioribus alicubi tenebris inuoluta. Alii enim enigmata Reuelationis ad veteris populi historiam accommodant: Alii ad nouae Ecclesiae continuam periodum aliter atque aliter applicant: Alii in quibusque particulis, quasi sub quouis lapide, quod dicitur, aurum rimantes, mysticos sensus sibi effinxerunt: Alii omnia in tropologiae & allegoriae morales conuerterunt: Alii inde quasi ex Apollinis specu futurorum praesagia etiam supra, quam homines scire fas sit, fatidice scrutando erudere conati sunt: vixque in tanto numero (quod de chronologia vulgo fertur) duos vel tres videas consentire. Quae perturbatione sane difficultatem libri tanta interpretum varietate non-

Apocalypsis interpretata

dum exhaustam, sed potius auctam implicatamque esse subarguit: non tam interpretum culpabili ignorantia, quam ipsius Prophetiae imperuestigabili sapientia: cuius plena Reuelatio haud dubie ipsius celestis iudicis Christi manifestationi est reuelata.

ratione facta est obscurior iudicio Parei.

Haec ille, qui alioqui prioribus scriptis facilitatem perspicuitatemque scripturae thraconice deprædicaui. Scharpius etiam difficultatis causas octo protulit, controuersi. 7. Columna 72. Concedimus autem multa in Scriptura obscura esse respectu nostri, quod Deus his de causis fieri voluit. Primo, vt ad diligentem lectionem, meditationem, perscrutationem, collationem Scripturae nos excitaret, & ne socordes in perscrutandis salutis nostrae mysterijs effemus. 2. Vt in precibus simus assidui, Dei auxilium ad illas intelligendas, & Spiritus sancti lumen petentes. 3. Vt fastidium a nobis remoueret: quia facilia sepius fastidimus. 4. Vt maiori veritate apud nos in pretio sit: si quidem tā raris & raris. 5. Vt nostram arrogantiam domaret, & insitiam argueret, cum de nostra notitia & nobismet ipsis nonnunquam multum gloriemur, & triumphemus. 6. Vt sancta mysteria sanctis totidem gemmae essent: neque porcis sine discrimine prostituerentur. 7. Vt ad tueri quam quandam cogitationum sanctitatem nos affuocaret, qui enim impuri ad scripturae electionem mentes adserunt, oleum & operam perdunt.

Causa obscuritatis ab hereticis allata.

§. 3. Huiusmodi inter Jubilarios & eorum sententia si stetur, ceterorum, vt pedatariorum, suffragatio contemnetur, ampullationes & phaleræ ad populum corrueunt. Scharpius enim tandem eo redit, vt quærat, an ita perspicua sit scriptura, vt populus eam vtiliter legere possit, & controuersiae valeant ex ea decidi. Illa, quæ ad salutem necessaria sunt, clara, quæ non necessaria, obscura plurimam tatem idem Scharpius. Idem columna 71. Quod nobis quædam obscura videntur, causa est, quod is, quæ in Scripturis proponuntur, contenti non sumus, sed quædam curiosius, quam par est, inuestigemus. Verum paucis quoque hanc partem explicabo.

Propositio prima: Scriptura sacra in multis clarissima est, nec eget expositione, si absolute, & obiter consideretur, in alijs est obscurissima, quocunque modo perpendatur. De perspicuitate planum est, vt cum dicitur, Concipies in vtero, & paries plenum: Si obiter consideres, clarus sensus, si disputare incipias, magnis te difficultatibus implicabis. De difficultate illa locorum facilius Lutherus Symp. cap. 1. fol. 2. In Scripturis, ait, vix scimus A. B. C. & adhuc non recte. Fol. 3. Dei verbum est inscrutabile, vnicum verbum sacra Scriptura perferat. & è profundo eruiere, omnino ad id vatum est. Nego eruditos & Theologos, vt vel maxime velint, id posse. Quia enim Spiritus sancti verba sunt, & qui recens in Christo geniti sunt Christiani, habent primitias tantum, non decimas, volui aliquoties decalogum meditari, & quando prima illa verba consideravi: Ego sum Dominus Deus tuus, capi hesitare in pronomine illo primo: Ego: & hoc Ego, nondum recte possum intelligere.

Scriptura in multis clara est.

Eadem sepe difficultas.

Vniuersim vero de Scriptura anno 1546. die 16. Februarii, vt refert Aurifaber, illa scripsit, quæ omnibus prædicantibus ob abundanti.

1. Virgilium in Bucolicis nemo potest intelligere, nisi fuerit quinque annis Pastor.
2. Virgilium in Georgicis nemo potest intelligere, nisi quinque annis agricola.
3. Ciceronem in Epistolis (sic præcipio) nemo integrè intelligit, nisi 20. annis sit versatus in Republica aliqua insigni.
4. Scripturas sanctas sciat se nemo degustasse satis, nisi centum annis cum Prophetis, vt Elia, & Eliseo, Ioanne Baptista, & Apostolis ecclesiam gubernarit.

Hanc tu ne diuinam Aeneida tenta: Sed vestigia pronus adora.

Difficilis igitur Scriptura est.

Propositio secunda. Scriptura etiam in illis, quæ ad salutem necessaria sunt, & indiget interpretatione, & in

Scriptura in necessarijs ad salutem

in multis obscura est, non loquor de obscuritate, quæ est natura, sed ea, quæ ad nos pertinet: nam obscurum esse aliquid alicui non absolute, sed comparate dicitur. Non opus est probatione, totus mundus, etiam illa mundi pars quæ de perspicuitate gloriatur, & intelligentia scripturæ, difficilem experitur: Ideo in tam varios sensus illam trahunt omnes, & ex ea tam multiplices hæreses non vitio scripturæ, sed ignorantia, malitiaque hominum cudentur; exceptis enim paucissimis, omnes hæreses archæ errores suos scripturæ verbis palliare consueverunt. In articulis fidei, in fundamentum impingunt, scripturam euertunt, qui de claritate eius intellecta gloriantur. Infinitis itaque polemicis miseraplebs irretitur, cum nulla certa expositionis forma traditur, cum de scripturæ sensu, cuius verba omnes sonant, sunt tam contrarii sensus. Et sensus de persona Christi, de Deo, de iustitia, de sacramentis, de electione, quæ omnia ad salutem sunt necessaria. Deinde in Ecclesia est donum interpretationis, officium docendi in scholis & templo, non modo ad exponendas quæstiones abstrusas, & quæ ad salutem non sunt necessaria, sed vel maxime ad eas, quæ ad salutem requiruntur. Ita Sibrandus lib. 4. de principiis Christianorum dogmatum. Rationabonenses collocutores, & alii fatentur hæc munera necessaria. Tertio, de quo maxime sunt, & perniciosissima controuersia, hominum etiam doctorum, id non est natura luce sua clarissimum, sed de scripturæ sensu, qui fidei dogmata salutis necessaria continet, tot sunt controuersia, quot pene capita, non igitur ille sensus est natura clarissimus. Imo unica illa res sacrarum literarum apud plerumque auctoritatem labefactat, cum enim non verba, sed veram, & genuinam sententiam sacrarum literarum inquirunt, in pugnantibus opinionibus incidunt: nec vlla ratione possunt authenticum sensum obtinere. Nam sectarii ad vnum omnes eo refugunt, vt dicant de sensu se certos esse ex priuato instinctu, qui si in omnibus vnus, & consentiens esset, forte persuaderent; at nunc cum diuersissimus sit, fieri non potest, quin præter vnum omnes fallantur, & fallant.

Obiiciunt illi, Non est occultum nec remotum, à nobis verbum, sed in ore, & corde nostro. Romanor. 11. 10. Est lucerna pedibus. Psal. 118. &c. Lucerna splendens. 2. Petri 1. 19. Est clarum non reatum, 2. Corinth. 4. 2. Iubemur eam scrutari, Ioan. 5. 39. & alibi. Patres vtuntur scripturis, primitiua Ecclesia eas sine commentariis intellexit. Si obscure scripsit Spiritus sanctus, frustra scripsit.

§. 4. Quin & fideles omnia intelligunt, quæ ad salutem sunt necessaria, Ioan. 10. 17. Hæc spatium in iubilis sunt, & in vnum collegit Scharpius columna 74. Sed error communis est, omnium Sectariorum, quod scripturam simpliciter, & sine sensu Ecclesiæ, & doctorum interpretatione accipiant. Verbum Dei non est occultum, quia quædam eius nulla indigent expositione, alia nobis explicantur ab Ecclesia, vt si dicere lubeat, occultum non sit. Lucerna est, sed cum accensa est, hoc est, cum veri sensus radios diffundit. Iubemur scrutari scripturas, quia non passim obuia est earum profunditas, patres vtuntur scripturis ad firmitatem dogmatum sacrorum, easque exponunt, vel à vetustioribus explicatas proponunt. Ecclesia primitiua scripturas sine expositione intellexit: imo ne Apostoli quidem iam fideles, & Christo familiares, Christus enim illis exposuit, adeo vero non intellexerunt, vt nescirent Christum pati debere, & ita intrare in gloriam suam. Luc. 24. 25. Deinde nonne Apostoli cum exponerent scripturas, & reuincerent

Iudeos, exponebant fidem, & ea, quæ ad salutem erant necessaria: & Apollo Actor. 18. 24. potens erat in scripturis, sed diligentius ab Aquila & Priscilla docetur viam Domini, nec omnia per se intellexit, sed ab aliis didicit, aliud esse baptisma præter Ioannis Baptisma, quod in aqua sola dabatur. Quod si primitiua Ecclesia sine interprete scripturas intellexit, atque deinde etiam sequens Ecclesia, non fuit opus tot interpretibus, imo nec nunc quidem, cum tamen sub commentariis nouatorum hodie gemat orbis terrarum; de vno iustificacionis articulo viginti sunt pugnantibus sententiæ, nec hoc aliter soluit Scharpius, quam luculento mendacio, cum ait; Inter reformatos magna est consensus de hoc articulo, vt de aliis. Ex his concludo, verum scripturæ sensum à scriptura, & Ecclesiæ vera interpretatione petendum. Certe ita olim fuit in Ecclesia Israelitica, cum enim sine punctis vocalibus scriberent veteres Hebræi, magno labore à suis præceptoribus legendi, & quæ inde pender, intelligendi rationem addiscebant, perpetua itaque traditio scripturam comitabatur, qua pronuntiatio, & vocalium substitutio continebatur. Quemadmodum igitur nullum punctum substituendum erat, nisi conueniret cum mente Spiritus sancti, ita neque nunc vlla interpretatio admittenda, nisi quæ est ab illo.

§. 5. Denique nullus vnquam sperari potest finis controuersiarum, nulla concordia, cum interpretatio ad priuatum cuiusque spiritum relegatur, quomodo enim vel inimici conuincuntur, vel dubitantes instruuntur, si aliud non clametur in Cathedralis, quam certitudo sensus scripturæ, ex priuato instinctu Spiritus sancti.

C A P V T XXVII.

Lectionem diuinæ legis à nobis non prohiberi.

§. 1. OMNIVM pene, qui in Iubilis suis mentionem bibliorū faciunt, vna hæc est querela. Quidam ex rudioribus stentorum refert Lutherum legere Biblia solitum, sed à fratribus prohibitum, & ad cubacula cœnaculaque scopis emundanda missum. Kemnitius iam olim in examine Concil. Tridentin. sess. 4. omnibus anteiuit, cum dixit, nos ferro & flamma persequi editiones vernaculas. Hac vna in re aliquot conciones inuidiosissime versantur. Verum rogo, vt lector sepositis paulisper criminatibus veritati aures animumque dare dignetur.

Propositio prima. Scripturas sacras in linguam Germanicam, aliamue translata legere priuatim non est omnibus mandatum. Ratio manifesta est, quia nec in scriptura sacra, nec iure Canonico, nec ciuili vsquam lex illa inuenitur. Deinde in omnibus gentibus maxima pars fidelium legere hætenus nesciuit, & quanquam in cultioribus oppidis literas multi nunc addiscant, turba tamen, quæ ruri est maxima, vt plurimum ignara est legendi scribendique. Non igitur lex est, quæ lectionem imperet, cum nulla sit, quæ literarum scientiam iubeat; & sane si quæ esset, quæ vulgo illam iuberet, exemplo antiquandam censerem, nunc enim librorum scurrilium, leuium, maledicorum, libidinosorum, magicorum tanta est copia, vt præster nescire literas, quam in literas tam pestilentes incidere. Tertio, Ecclesiæ consuetudo non fuit, vt scripturæ lingua vernacula legerentur, non igitur lex fuit ea super re diuinitus lata. Nam quamuis à Mose vsque ad captiuitatem Babylonicam, manente integra lingua Hebræa, ab omnibus Iudeis legi biblia poterint

Si absq; interpretatione scripturæ intelligitur, quid opus est commentariis?

Lectio scripturæ veteris iubilis est argumentum.

Lectio scripturæ non est omnibus mandata.

Vernacula scripturæ Ecclesiæ vix vsa est.

tuerint, peculiarissima tamen institutione, & traditione opus erat, propter puncta vocalia, ex quo apparet, apud paucos lectionem vsitatam fuisse, magnaue opus fuisse exercitatione etiam illis, quibus biblia erant vernacula. Post captiuitatem Iudaei transierant vt in dominium, ita & linguam Chaldaeorum, quam deinde reliquae quae redierunt in patriam, cum Syra confuderunt, nec vlllo modo effici potuit, vt verus Hebraea esset vernacula. Facta est tamen quaedam conuersio in linguam Chaldaeam ab Onkelos, quem Aquilam esse nonnulli putant, qui Graece item vertit, qua de Serarius prol. cap. 14. q. 4. Si Aquila fuit, tempore igitur Adriani vixit, si antiquior fuit, non tamen eius versione Ecclesiae vti potuit, cum paraphrasen egerit, multa omiserit, multa peruerterit, vt non possit vlllo modo illa paraphrasis dici verbum Dei; Aquilam fuisse haeticum, omnia veterum monumenta ostendunt, sed Onkelos & Aquilam esse eundem, adduci non possum vt credam, nam in locis obscurioribus scripturae, nimium quantum distant duae versiones illae, Thargum Onkelos, & fragmenta versionis Graecae, quae ex Aquila citantur, non autem cauti hominis fuisse videtur, diuersissimas interpretationes adferre, cum minore labore sibi consentiendo parare auctoritatem posset. Scripsit ille Pentateuchum. Circa ortum Domini nostri Iona- than vertit prophetas priores & posteriores. Postea anno Domini 400. Ioseph cecus vertit Hagiographa. Nihil autem in his sincerum fuisse docetur ex eo, tum quod duo posteriores fuerint infideles, & forte Onkelos, tum praecipue, quod nullum caput sit, in quo non abeat ab originali, misceantur somnia, & nugae. Itaque a captiuitate Babylo- nica vsque ad Christum Ecclesia vernaculam scri- pturam nullam habuit, nec cura fuit, Esdrae, Ne- hemiae, Malachiae, Zachariae, Aggae, Oniae, Ma- chabaeis, aliisque viris sanctissimis, vt eam conuer- terent. Non igitur praecipuum habuerunt.

Onkelos
Chaldaice
vertit.

Onkelos non
est Aquila.

Graca ver-
siones.

Apostoli non
verterunt
in varias
linguas bi-
blia.

§. 2. Sed neque Ecclesiae Christi, Apostolicis, & quae secuta sunt, temporibus, nisi paucae, hoc est Graeca & Latina, versiones patrias habuerunt, neque Apostoli, neque eorum successores in varias linguas conuerterunt biblia. Graecae versiones multiplices fuerunt. Prima ante Monarchiam Graeco- rum. Secunda initio Graecorum. Tertia septuaginta interpretum. Quarta Herodiana. Quinta Aquila. Sexta Symmachi. Septima Theodotionis. Octaua Hierochuntina. Nona Nicopolitana. No- minantur & Origeniana, Lucianea, Hefychiana, sed illae ex emendatione mendorum, quae in versio- nem septuaginta interpretum irrepsierant, nomen acceperunt, nec nouae versiones dicendae sunt. De- cima itaque est ex Hieronymiana, nam Graeci ex Latina versione D. Hieronymi in suam linguam bi- blia transfulerunt. At populi, quibus praedicatum est Euangelium, variarum linguarum fuerunt. Ac- torum 2. 7. Stupebant autem omnes & miraban- tur dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquun- tur, Galilaei sunt, & quomodo nos audiimus v- nusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitae, & qui habitant Me- sopotamiam, Iudaeam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Lybiae, quae est circa Cyrenen, & aduenae Romani. Iudaei quoque & Profelyti, Cretes & A- rabes: audiimus eos loquentes nostris linguis ma- gna Dei. Stupebant autem omnes & mirabantur ad inuicem dicentes: Quidnam vult hoc esse? Alii au- tem iridentes dicebant. Quia musto pleni sunt isti. Omnes illos populos Graece aut Latine sciuisset si quis dicat, nihil aliud agat, quam vt cum ratione infaniat.

§. 3. Propositio secunda. Hinc etiam constat, nec versionem, nec lectionem illam necessariam fuisse. Cur enim tot saeculis Ecclesia Iudaeorum, & deinde Apostolorum rem tam necessariam neglexerint? cur non id agerent, quod Nouatores omnes ege- runt, vt in omnes linguas scripturas transferrent, quod eo tempore facillimum erat, cum omnes A- postoli, multique alii variis linguis loquerentur? Cum igitur nos reprehendunt, de vernaculis ver- sionibus omisiss, & inuidiose exaggerant, quod non omnes legant biblia? nonne sub nostro nomine Apostolis maledicunt, qui versionem bibliorum tam facilem, & quam in vnaquaque lingua suo no- mine praeposito authenticam facere potuerunt, ne- glexerint? sed Apostoli satis putarunt consulunt Ecclesiis, si vnamquamque gentem instruerent, do- ctioresque relinquerent, & Episcopos, qui fidem, & scripturam illis explicarent.

In nobis A-
postolis ma-
ledicunt.

§. 4. Propositio tertia. Biblia in vernaculam lin- guam bono fine vertere, & legere bonum est ali- quando, nulla lege simpliciter prohibitum. Nulla enim eiusmodi lex extat, & licuit in Ecclesia vti versionibus & illis legendis ad pietatem animos in- citare.

Vertere, &
legere ver-
siones licitum
est.

Hanc esse sententiam Catholicorum docet Wit- takerus Cent. 1. q. cap. 13. Prima (opinio) inquit, est eorum, qui scripturas omnino negant in linguas vernaculas verti oportere. Secunda opinio contraria est eorum, qui sacram scripturam in omnes omnium populorum vul- gares linguas transferendam omnino esse statuunt. Tertia, illorum, qui versiones scripturarum vernaculas neque dam- nant simpliciter, neque simpliciter permittunt: sed hac in re certam exceptionem, rationemque temporum, locorum, & personarum haberi volunt.

Vltima opinio Papistarum sententia est, & sanctio Tri- dentina. Deinde Concilium Oxoniense contra Wi- cleffum statuit, ne editiones Wicleffi, aut aliorum legerentur, nisi essent ab Episcopo diocesano ap- probatae, de approbatis itaque nulla tum quaestio erat. Deinde multi vtiliter legerunt, vt olim apud Hebraeos, cum essent vernacula. Tercio, ad le- ctionem scripturarum Patres saepe hortantur, vt ostendit meus praceptor Serarius proleg. capit. 20. quaest. 3.

Multum vr-
gendum ad le-
ctionem scri-
pturarum.

§. 5. Propositio quarta. Quamuis absolute igitur versio, lectioque bibliorum verita non sit, fieri tamen potest, vt inutilis, aut etiam noxia sit. Pri- mo ratione versionum, quae bonae non sunt, aut sane non sunt bonitatis spectatae. Ita supra osten- di, Iacobum Serenissimum magnae Britanniae regem nullam editionem probare, Geneuensis biblia esse pessima, notae eorum esse falsas, seditiosas, nimiumque radolentes a- nima periculosa, & peruersissima machinationes. Cum vero melius sit, non legere biblia, quam nomine bibliorum, & verbi Dei, verbum diaboli, quis non videt, noxiam esse lectionem, quae non aedificat, sed destruit? & sane versiones iam multae sunt, Ita- lica, Hispanica, Gallica, Geneuensis, & alia Casta- lionis, Tigurina, Belgica, Anglicana, Lutherana, pleraque variae, vt sunt variae editiones. Sunt & Hamburgi edita variis linguis biblia, etiam Saxo- nice, & Sclauonice. Sunt Biblia Eberi, Neandri, Caspari Caroli, Vngarica. Omnia biblia facta a Lu- theranis damnant Caluiniani, & sannis excipiunt, vt constat ex Stoltzio in defensione Lutheri. Idem censent Osiandrii, Bucerus. De Caluinianis idem statuunt Lutherani, de omnibus Serenissimus ma- gnae Britanniae rex, verum ergo Dei verbum non legunt, aut sane certi esse non possunt se legere, quo- modo enim, te alloquor rusticule Lutherice, tu fi- de certus eras biblia Lutheri esse authentica, recla- mantibus omnibus Catholicis, Caluinianis, Ana- baptistis,

Interdum
noxia lectio.

Sectariae
rent biblia.

baptistis, Osiandrinis, castigante Matthesio, ipso Luthero errata agnoscere?

*Qui facile putat scri-
pturam, ab
eius lectione
arctius est.*

Secundo noxia est bibliorum lectio plerisque, qui hoc tempore Catholici non sunt, quia cum facilissima arbitrentur, mox interpretari aggrediuntur, ne ludibrio sint, si rem apertissimam se negent intelligere. Lutherus libro de seruo arbitrio dixit; Difficultatis nihil esse in sacris literis, nullumque sibi adferri posse locum, quem non ipse facile interpreteretur. Quod igitur apertum, clarumque arbitrantur, id putant se posse intelligere, ideoque interpretantur. Qui autem ignarus rem difficilem putat facilem, ille in paradoxa, & ridiculas opiniones incidit.

*Multis le-
ctione effe-
runtur.*

Tertio, Damna etiam multis inferit lectio bibliorum, dum eos in superbiam erigit, atque efficit, ut doceri dedignentur, qua occasione in hæreses necessario incidunt. Lutherus ipse expertus est, Anabaptistas enim & Sacramentarios si vel vnum librum legerint, ait putare, omnia se scire. Symp. 1. fol. 5. Et deinde: Dicebat quodam tempore Lutherus nobilitatem, ciues, rusticos, & serue quoscumque summi & infimi status, Euangelium melius scire, quam sciret ipsemet Doctor Lutherus, aut etiam ipsemet sanctus Paulus, ut ipsi quidem sibi viderentur, sapientes enim esse, & omnibus parochis doctiores existimare, addit, illos non parochos sed Dominum contemnere. Tales fuere & Huslita, vt lib. 1. & 4. historia memorat Cochleus, Tales Wicleffita, vt lib. 2. cap. 70. & 73. Waldensis. Tales Orlamundenfes Lutheri tempore. Ea causa videtur, cur Lutherus in historia quæ contigit in Staßfort anno 1536. vocet librum hæreticorum.

Quarto, Ex hisce constat plurimas hæreses oriri, multa ab indoctis perueri, imo fere singulos iam habere ante occupata iudicia, & eo scripturam trahere. Caluinus sane lib. 4. inst. cap. 8. §. 11. satis indicat, singulis scripturæ interpretationem promissam.

*In Ecclesia
Catholica
licita est le-
ctio biblio-
rum.*

§. 6. Propositio quinta. In Ecclesia Catholica, Apostolica, Romana, versiones, lectionesque bibliorum non vetitæ, sed certa lege concessæ sunt, idque iure ac merito. Calumniosum est igitur fundamentum aduersariorum, & maleuola penitus obtrectatio.

*Lectione bi-
bliorum se-
ctari diuidit.*

§. 7. Hic imprimis monet, ne sine discrimine permittatur, & causam addit, quia plus inde detrimenti ob hominum temeritatem oritur, quam utilitatis. Hoc ita esse sentiunt Lutherani, & Calviniani, cum singulis diebus in plures sectas scinduntur. Hinc illi quoque diuersarum sectarum libros prohibent. Nam libri Zwinglii adhuc viuientis in Saxonia & Hassia sunt vetiti, id Zwinglius in exegesi Eucharistici negotii, id deinceps semper egerunt, vt Lauaterus, Micronius, Vtenhouius, Danæus, alique testantur. Nec tamen Calviniani idem agere de Lutheranis cessant in hodiernum diem. Ita Schlusfeldburgius lib. 3. Theolog. Caluinitica art. 4. Hinc apparet Sacramentarios in id potissimum incumbere, vt ipsorum libri blasphemii soli ab omnibus legantur. Nostra vero scripta ex rerum natura funditus exstirpentur, vt pote inuulgatione publica, & lectione indigna. Nec hoc modo fecerunt, sed & illud, quod Lutherus scribit, 7. 2. Epist. ad Lincum, fol. 272. Orlamundenfes rustici nates libello meo purgant. Caluinus Epist. 1. ait, magistratus immodica facilitate pessime consulere Reipublicæ, qui non modo malos libros edi permittunt, sed pessimos quosq. comprobant suo suffragio. Et ait Schlusfeldburgius lib. 3. Theol. Caluinitica art. 4. Non dissitemur, inquit, nostros Magistratus, in quibusdam locis, Bibliopoli interdiceret, ne libros hæreticorum, Pontificiorum, Anabaptistarum, Caluinistarum, & id genus pharisaicorum hominum, sine discrimine quibuslibet diuendant:

sed habita personarum euentium ratione, videant ne idiotis & imperitis venenata & erronea scripta communicent, qui nondum confirmati in doctrina Christiana fundamentis sine vilo iudicio ea legentes facile possint seduci.

Librorum igitur vetitorum apud Sectarios sunt bene multi Catalogi, inter quos etiam bibliorum versiones.

At dices, non scripturam sacram, sed libros malos vetamus. Nec hoc ego dico, sed hoc moneo; cum sint bibliorum multæ pessimæ versiones, quod omnes testantur, etiam aduersarii, cum nulla sit, quæ probetur Serenissimo regi Britannia, merito vetari, ne sine discrimine permittantur idiotis, & imperitis.

Nam id si fiat, inter tot versiones quam facile rusticus incidet in Anabaptisticam, Socinianam, Arianam? nam vt ille iudicet, quæ versio cum Hebræo vel Græco consentiat, fieri non potest. Non ergo permitti illi debet electio qui inter salutare pharmacum, & venenum discernere non potest. Legem ille in sua vitia inclinabit.

Quod si versio sit ab Episcopo approbata, ratio temporum, locorum, personarum in permissione tenenda est, si enim sit quispiam nouarum rerum appetens, inflatus, libidinosus, inquietus, sui æstimator, huic si biblia dederis, ea faciet, quæ de suis queritur Lutherus. Dicite Lutherani, nonne lectio bibliorum fecit Caluinianos septuplo deteriores Papistis? Tales esse dixit Lutherus, & firmavit in colloquio Hertzbergenfi Iacobus Andrea.

Si quis animo bono, desiderio proficiendi biblia legere cupiat, ille sibi negari nunquam sentiet, tantum opus est, vt ea de repastorem appelleret, cum vero publice edi, vendi ac emi permittuntur, censetur data legendi facultas generalis, qua tamen nonnulli sine dubio abutuntur. Sed cauere omnia scandala non possunt. Itaque non prohibetur id, cuius permissioni conditio adiungitur, vt cum princeps gestari arma sine suo permisso vetat, non simpliciter neminem vult armatum esse, sed furiosos, turbulentos, iracundos malitia instrumentis exuere, fortes & iustos ad subsidia reipublicæ munitos esse vult, ita Episcopus si videat hominem atheum, spiritu Dei carentem, peralbatas sæculi vias ambulantem, vitis suis ex Abrahami, & Davidis polygamia fomenta quærentem, merito bibliorum, quæ solo Dei Spiritu, quo caret ipse, intelliguntur, lectione arcebit, instruet ipse, pastores audire iubebit. Nam reuera quandam instructionem oportere antecedere, ipse Caluinus auctor est. Nam in præf. instit. anno 1559. suarum institutionum lectionem ei quædam ad legendos diuinos libros obtrudit. Hoc mihi in isto labore propositum fuit, sacra Theologia candidatos, ad diuini verbi lectionem ita preparare, & instruere, vt & facilem ad eam aditum habere, & inoffenso in ea gradu pergere queant. Si igitur Caluinus preparando censet candidatos Theologiæ ad diuini verbi lectionem, cur Episcopus Catholicus non prius idiotam preparabit, antequam biblia illi tradat? Certe Theologia candidati aptiores sunt idiotis, si Caluinus instruit tam longis institutionibus, cur minus institutione eget idiota? Si absque Caluini institutionibus non est facilis aditus candidatis Theologiæ ad lectionem verbi diuini, cur crimi- nari datur Pio quarto, qui aditum per Episcopos, parochos, confessarios dat, ita tamen, si ita instituti sint, vt ex lectione illa non damnum, sed pietatis & fidei augmentum capere possint. Si institutiones Caluini lucem præferunt candidatis Theologiæ, vt inoffenso in scripturæ lectione gradu pergere queant, cur non ante etiam suos subditos Catholicus Episcopus ita muniat, ne offendant: & si

*Mala ver-
siones o-
mnes veri-
ta.*

*Petenda sa-
cultas le-
gendæ.*

*Lectionem
bibliorum
instructio
precedere
debet.*

candidati Theologiae opus habent illis institutionibus, ne offendant, ergo sine illis offendere poterunt, ergo & in Catholica Ecclesia aliquis offendere potest, ergo merito illi negatur lectio bibliorum, donec ita instructus sit, ut in electione inoffenso gradu pergere queat.

Finio hanc de Scriptura partem, & coram Deo hominibusque protestor, maximis, inauditisque nos calumniis peti: Olim fastidium calumnia posuit in Arianis contra Athanasium, nunc superarunt nostri Iubilantes omnia veterum: Et sane si quicquam à vetustis didicerunt, ita artem calumniandi accurate hauserunt, ut iam nihil tutum sit: veritate nihil possunt, clamori, & mendacio fidunt.

Nos legem Dei legendam permittimus, sed vetamus lectionem noxiam, interpretationem legis corruptricem; quod in legibus civilibus, facere magistratum diximus.

CAPVT XXVIII.

Legi scriptæ traditam legem coniungi.

De traditionibus a cerba calumnia.
S. I. **N**VLLE omnium Iubilantium, quod quidem sciam, hanc partem omisit. Id eoque nihil necesse est omnes nominare. Academicus Euangelicus Heidelbergenfis thes. 19. & 20. Sed hac in re nemo fere acerbius mendax, quam Erastus Lauterbach, qui Papistas agere contra verbum Dei, & suas sequi traditiones contendit ostendere. Et conc. 1. p. 1. concludit, alles wider die H. Schrift / also daß es der Teuffel auß der Hellen nicht wol köndte ärger machen / omnia aduersus scripturam, ita ut vix e tartaro demon peiora facere posset. Polycarpus Lettierus 1. conc. Balduinus Fredericus in concione preparatoria pagin. 7. omnes Catholicas ciuitates infamat, quod humanas leges magni faciant, verbo Dei relicto, in templis tantum animas occidant. Es werde mit falscher Lehr und verbottenen Gottesdienst nur ettel Seel mordt begangen / falsa doctrina, & vitis cultibus in templis animarum à Catholicis committi. Paulus Laurentius in secunda concione, pagin. vigesima quarta omnium malorum causam affirmat, quod traditiones humane contra diuinum verbum inualuerint. Daß auß des verführten Papsis Gebott und Tyranny alles in Abgötterey sey verwandelt worden / Da man an statt des reinen Wort Gottes des Papsis Lügen / und Menschen Sagenen wil getrieben haben. Ex maledicti Papa mandato, & tyrannide omnia in idolatriam conuersa esse, quia locum puri verbi Dei mendacia Papa, & doctrina hominum obtinuerint. Nec in templis tantum ad plebem, sed poete etiam in ministrorum conuentibus aures mendaciis implent. Vnum ex illis, quia in eo clarior est malevolentia, audire iuuat: Est vero Albertus Otto Bilgenius paedagogus aulicus Solmenfis.

Hoc didicifsem à damone mentiri.
 Quanta olim fuerit seculi caligo prioris,
 Prestigia quante, quantus in orbe dolus.
 Errorum in quantas tenebras, quantamq; Charybdin,
 Nostrorum inciderint secula prisca patrum.
 Haud ego si totas gustassem Aganippidos vndas,
 Carminibus possem significare meis.
 Lux Euangelij maiorum obscurior auro
 Lumine brumali debiliorque fuit.
 Vox Euangelij spissis immerfa tenebris,
 Cimmeria quondam nocte sepulta fuit.
 Biblia Pontificum nugis oppressa, fumoque
 Perdita non vllis insonuere locis.
 Nemo Prophetarum libros euoluere visus.
 Ausus Apostolicos voluere nemo libros.

Nam si qui legerent Sacra biblia mentibus equis,
 Credebant tangi fulmine Pontificis.
 Hinc docuere Sacram Scripturam (grande piaculum)
 Esse imperfectam, flexibilem, mutilam.
 Adque salutarem vitam permulta requiri:
 Qua sancto videas esse aliena libro.
 Proficere imo nihil, qui rem petat inde salutis,
 Haudquaquam & normam in religione bonam
 Dormi secure Dorbellus vadeque mecum,
 Duranius, Biel ac Holkot, & Okka, Brikot.
 Petrus Lombardus, Scotus, Thomas ab Aquino
 Iura dabant templis, iura dabantque scholis.
 Quid poterant quaso auxilij ebullire misellis
 Ex horum scriptis, dic mihi quaso, virum.

Ius interpretabantur, non condebant.

Hæc illi, nos totam rem breuiter exponemus his propositionibus.

§. 2. Propositio prima. Ecclesia semper vsa est verbo Dei non scripto, hoc est traditione. Nam ante Moysen, atque adeo ante diluuium Ecclesia Dei fuit, nec tamen verbum Dei scriptum fuit. Id factetur Scharpius controu. 6. Respons. ad prim. obiectionem. In proslillogismo est captio homonymia in nomine scriptura pro scriptura substantia, & re scripta, hoc est, Dei verbo: & tum nihil aliud est quam doctrina deo reuelata: aliquando pro huius doctrina accidenti, scilicet scriptione, & exaratione in libris. Primo sensu scriptura est antiquior Ecclesia, sique propositio est falsa. Scriptura enim, seu verbum Dei, est ecclesie fundamentum: Ephes. 2. 20. At fundamentum est antiquius edificio: ita scriptura est Ecclesia semen, Matth. 13. 1. 1. Petr. 1. 23. At semen sobole illa, cuius est semen, antiquius est: Denique hoc idem verbum, quod iam scriptum, fuit tunc non scriptum.

Lex Dei a tra scripta, alia non scripta.

Quod si sincere nobiscum agitur, & scriptura significat rem scriptam seu doctrinam deo reuelatam, iam concordiam tenemus, neque enim nos, cum dicimus, aliqua non scripta esse credenda, affirmamus, aliquam doctrinam non deo reuelatam, hoc est à Deo non reuelatam, recipiendam esse, tanquam sit à Deo reuelata.

Deinde post Moysen aduentum scripta est, sed non omnia capita creditu necessaria continuo explicata sunt, erant igitur alia verbo non scripto comprehensa, neque enim Moyses institutum fuit catechismum scribere.

Moses non omnia credenda scripsit.

Tertio, Hoc ipsum verbum quod scripsit Moyses sine traditione nec legi potuit, nec intelligi, vsu pra ostendi propter punctorum omissionem: Quarto, Nusquam Deus profiteretur, se doctrinam aramento tantum & membranis alligasse. Sunt igitur Dei leges duplices ἀγγελικαὶ & ὑπεραγγελικαί.

Quinto, Multa sunt, quæ nunc quoque ex verbo non scripto credere coguntur aduersarii. Nempe verbum Dei, quod scriptum est, inuiolatum ad nos vsque peruenisse, Apocalypsin esse verbum Dei. Aduersarii vero fatentur, ut Scharpius columna 123. Ab Adam vsque ad Moysen fuisse scripturam, sed non verbum scriptum, neque enim scriptum esse necessarium, nisi ex hypothesi. Denique multæ gentes longo tempore scripturas non habuerunt.

Verbum scriptum non est sufficiens omni- bus contro- uersis deci- dendis.

§. 3. Propositio secunda. Scriptura sacra quæ nunc habetur, non est sufficiens, ut omnes contro- uersias decideret, nec olim fuit; quia initio tantum pentateuchum habuerunt, at ille non est sufficiens, ut omnia dogmata apertissime ex eo declararentur; ita neque nunc vniuersum corpus canonis sufficit, nam nusquam in eo dicitur, hoc totum corpus, & nullum alium librum extra illud esse canonicum, & hoc tamen credimus. Itaque qui omnem traditionem reiciunt, etiam canonem scripturæ concidunt, quod adeo verum est, ut Scharpius hoc anno omnibus iniecerit pudorem. Cum enim con- trouer-

trouersia 9. columna 143. sibi obiecerit, Instantia 5. Non satis est scire scripturam esse diuinam, sed oportet scire, quæ illa sit? At non potest hoc sciri ex scripturis. Ergo. Probatur assumptio: quomodo colligimus ex scriptura, Euangelia Luca & Marci esse vera, Thomæ vero & Bartholomæi esse falsa, cum ratio dicat, credendum potius libro præferenti titulum Apostoli, quam non Apostoli? Et vnde colligam epistolam ad Rom. esse vere Pauli, epistolam vero ad Laodicenses non esse Pauli, cum Coloss. 4. dicat, se ad Laodicenses scripsisse, nusquam vero dicat, se ad Rom. scripsisse? Ergo.

Scripturam credere esse verbum Dei, non est ad salutem necessarium Scharpio.

Respondet sibi in hunc modum. Distinguitur propositio: est quidem necessarium hoc scire, sed non simpliciter ad salutem, & eodem modo, omnibus, quia multoties de variis libris Canonicis dubitarunt, saltem ad tempus, quos ideo à salute non excludunt. Deinde qui Spiritum sanctum habent, per quem libros Canonicos agnoscimus, non eadem mensura illum habent, ita etiam de aliis spiritus operationibus statuendum.

Si igitur non est necessarium ad salutem credere, hos esse libros diuinos, ergo nec est necessarium, id, quod illis continetur, credere diuinum, ex sententia Inbilantium. Hoc enim solum credendum est, quod est in libris diuinis: Quemadmodum si quispiam dicat, sibi solum faciendum esse, quod regio diplomate iubetur, si credere non tenetur oblatum diploma esse regium, ab executione earum rerum excusatur. Paulo post idem respondet, non est necesse scire, hunc vel illum librum ab hoc vel illo scriptum esse auctore, modo scriptum ipsum admisso ut diuinum. At illo magis constringitur, si enim nesciero auctorem, si auctor v.g. Apocalypseos ignoratur, vnde sciemus, hoc est, ex qua scriptura, esse diuinum? Non constat ex scriptura, aliud non habent, vnde cognoscant.

§. 4. Horrenda confusio contemptum verbi Dei non scripti consecuta est in Ecclesia, sed in Ecclesia malignantium, nam primo cum sola scriptura se niti dicerent, & spargerentur omnes in contraria, Augustinam confessionem, quasi concordie symbolum ediderunt, illa deinde mutata, desertaque concordie librum confercerunt, sed inde summa discordia totum Lutherismum exanimauit.

Et sane hac quoque parte omnem scripturæ fidem conuellunt, & omnino scripturam abnegant. Libauis libro contra Grezerum hæc habet.

I. Scriptum Dei verbum non est illa per characteres depictam parui scriptio.

II. Sacra scriptura & scriptum verbum non est illud verbum Dei, de quo disputatur inter Catholicos & Lutheranos: sed aliud quoddam. Quia scriptum verbum potest mutari, imo & comburi. Sed verbum Dei manet æternum. Ita. 40.

III. Si scriptio seu sacra scriptura esset verbum Dei, tunc esset verbum Dei non tantum respectu hominum, sed & Angelorum: sed sacra scriptura non est verbum Dei respectu Angelorum: Ergo neque est verbum Dei respectu hominum.

IV. Si scriptura esset vere verbum Dei, tunc esset potentia Dei omni credenti ad salutem. Sed non est potentia Dei omni credenti ad salutem. Ergo scriptura ista non est vere verbum Dei.

V. Si scriptura sacra vere esset verbum, & esset sapientia & veritas Dei, sed non est sapientia & veritas Dei, ergo scriptura sacra non est vere verbum Dei.

VI. Si scriptum verbum vere esset verbum Dei, tunc foret lux in tenebris lucens: sed non est lux lucens in tenebris, ergo scriptum verbum non est vere verbum Dei.

VII. Denique cura, ait, huc perueni, ut ex verbo Dei cognouerim, quod verbum Domini sit viuum, quod æternum, quod pereunte mundo non pereat, quod iudicet in extremo die, quod veritas, quæ eam cognationem habet cum Christo, ut inde & filius Dei vocetur verbum & veritas,

& ita etiam Spiritus sanctus veritas, sicut & verbum Christi Spiritus Ioan. 6. illico vidi verbum scriptum, seu scripturam in Bibliorum voluminibus comprehensam non esse verbum Dei, sed aliquid aliud: quia scriptura, quæ scriptura non viuunt, non est vita, non veritas, non manet in æternum.

§. 5. Si igitur scriptura non est verbum Dei, vel non est necesse credere verbum Dei, & tamen est principium fidei, sequitur, fidem esse incertam. Nam cuius principia sunt incerta, id quoque, quod ex illis deducitur, est incertum, non enim certior est conclusio, aut assensus principii firmior eo principio, ex quo solo pender, quam ipsum principium. At scripturæ cognitio non est certa, quia nec fide certa est, neque naturali lumine certa est. Nullo igitur modo. Ut vero lector videat, quantam nobis iniuriam adferant, & quid ipsi inter se, cum soli sunt, loquantur, propositiones, quas Adolphus Venator Tschander se de Contra-Remonstrantibus probaturum promittit in Apolog. contra Dordracenses, ex pag. 174. & 175. & 176. apponam.

1. Recta, optima, securissima, & perfecta regula, æmulus, ac lydius lapis, non tantum doctrina in Reformatæ Ecclesia apud Belgas, sed etiam totius Christianæ fidei, est Confessio Belgica, & Catechismus Heidelbergensis.

2. In Confessione & Catechismo præcipitur quod oporteat sectas conuerti, & eos, qui vel verbo in confessione à nobis differunt, condemnare.

3. Sine contumeliis sectæ & errores consutari non possunt.

4. Predicantium officium est indulgere contumeliis & contumeliis.

5. Si quis non intelligit, scripturam esse imperfectam, & præter eam, humanis traditiones & formulas esse necessarias, is diuersitatem religionis parui pendit.

6. Doctrina puritas nequit conservari, sectæ non possunt auerti, nec hæreses consutari sine humanis constitutionibus ac formulis.

7. Dei verbum neque ad salutem, neque ad bonum Ecclesie statum, per se sufficit.

8. Sola scriptura, absque statutis & decretis Ecclesie, est chaos omnium religionum, refugium omnium hæresum, via, (sola si insistas,) ad omnem libertatem in rempub. Christianam inuehendam.

9. Scriptura est obscura, & variis modis potest intelligi, & propterea decretis & doctrinis Ecclesie opus habet.

10. Confessio & Catechismus tantum sunt manifesta, non item scriptura; & hæc formula non possunt bisariam aut diuersimode explicari.

11. Auctores Confessionis & Catechismi sapientiores & prudentiores fuerunt, quin & fideles in Ecclesiam & veritatem, nec non meliora & perfectiora scripta Ecclesie reliquerunt, quam ipsi Euangelistæ & Apostoli.

12. Ex verbo Dei non potest pura doctrina certo cognosci, sed tantum ex Confessione & Catechismo.

13. Prophetæ & Apostoli imperfecta & dubia post se scripta reliquerunt, quæ ne ipsis quidem possunt prodesse, ut ex quibus viam veritatis certo agnoscere non possumus; Cur igitur nisi eadem additamentis & decretis particularis Ecclesie non opus interpretatio-

14. Scriptura nequaquam id totum complectitur, quod ne absolute credendum est, ut quis saluetur, aut sit membrum Ecclesie.

15. Scriptura duplices sensus habet, incerta & imperfecta est.

16. Traditiones humane, Conciliorum decreta, verba & explicationes rerum fidei diu post tempora Apostolorum inuenta necessario credi debent ad salutem consequendam.

17. Verbum Dei Christianis tam necessarium atque vitale non est, quam sit Confessio & Catechismus.

18. Verbo Dei carere possumus, dummodo Confessionem & Catechismum seruemus.

19. *Hæreticos & Errabundos non est necesse scriptura
sue verbo Dei convincere, aut errores eorum confutare;
sed tantum Confessione & Catechismo.*

20. Confessionem & Catechismum verbo Dei probare non est opus.

Hæc osten-
dit Synodus
Dordrech-
tana.

21. *Auctoritas Ecclesiae, scriptura auctoritatem præcellit.*

22. *Pura doctrina certitudo non ex verbo Dei petenda est; sed ex traditionibus & formulis eorum hominum, qui longe post tempora Apostolorum sunt secuti.*

23. Scriptura non est idoneus controuersiarum de-
 litione iudex.

24. *Nemo rectam fidem habet, neque Christianus, neque Ecclesiae membrum est, qui Confessionem & Catechismum non recipit.*

25. Confessioni & Catechismo amplius adherere oportet, quam in quantum verbo Dei consonant.

*Sui inter-
pretationi
omnia tri-
buunt.*

26. Confessio & Catechismus debent esse norma
sensus scripturae, & formula humana debent ponere mensu-
ram explicandi verbum Dei: Sed Dei verbum non de-
bet statuere limites intelligendi scripta hominum.

27. Nemini Christiano liberum est ad solum Dei verbum se alligare, & qui id facere praesumit, ostendit se a vera Christiana religione deflectere.

28. *Quamvis Apostoli ipsimet Symbolum siue fidem fecissent, nihilominus non esset scriptura.*

29. Religio Christiana non consistit in pia vita, sed in multa scientia, non in quantum quisque vivit, sed in quantum quisque intelligit.

30. Doctrina de amore Dei & proximi ad solam legem pertinet, non ad Evangelium & Iesus fuit doctor legis.

31. Qui congregati sunt, ut audiant quæ diuina & spiri-
tualia sunt, quique Deum & Christum prosequuntur, non
sunt Ecclesia: Item si solus Christi & Apostolorum verbis ad-
herere, & non etiam Decreta Conciliorum & homi-
num traditiones recipere velint.

32. Tametsi aliqui in omnibus absolute scripturam sequuntur; sunt nihilominus hæretici, & non possunt esse Ecclesia Dei.

33. *Papiste & Heretici non sunt Christiani.*

34. *Quod primi plantatores Reformationis confessi sunt, & Martyres huius terra etiam sanguine suo sigillaverunt; videlicet, in rebus Fidei tantum adhaerendum esse Scripturæ & humanas Institutiones non esse suscipiendas; id est inuentum ad omnes hæreses ex inferni barathro reuocandas.*

35. Qui intelligit solum insistendum esse verbo Dei, ille medium proponit, per quod nulla pax haberi poterit cum Deo.

40. Neque Moyses & Propheta villo modo intelligi possunt, aut fundamentum doctrinae, aut amplexus doctrinae veteris testamenti, neque Evangelista & Apostoli Noui Testamenti.

63. *Ieremias, Paulus, Euangelistæ & Angelus Gabriel,
Socii sunt & hæretici.*

65. Aliquid confiteri aut dicere, quod etiam hæretici dicunt, hæreticum & erroneum est; & sic Propheta & Apostoli omnes hæretici.

68. *Euangelista & Gabriel Angelus nihil melius de Christo, quam Turci sentiunt.*

Idem Venator pag. 74. ita habet.

*Aduersarij
reipsa legē
Dei con-
temnunt.*

Fratres Dordracenses non contenti sunt Scriptura, sed
tam contempte de ea loqui audent, vt dicant; Si solum ad-
harendum esset Scripturæ, vnusquisque in Christianitate
& dicere & facere auderet, quod veller: & Biblia faceret
latibulum manifestum omnium hæresum, Libertinorum, &
omnium aliorum.

His etiam adde quæ in *thematē saculari* noster Maximilianus Sandæus verissime de synagoga prædicatorica refert, & Thema Haidelbergenſe *αθηται* th. II.

Scripturam sacram, qua, qua Verbum Dei, est bene cre-
dendi & vivendi norma, regula, amusus, gnomon, docet
non esse vere verbum Dei 1. quia non est potentia Dei omni-
credenti ad salutem. 2. quia non est sapientia & veritas
Dei. 3. quia non est lux lucens in tenebris. 4. quia non
manet in æternum. 12. Asserit, non esse ad salutem necessa-
riam scientiam, cognoscendi scripturam divinam à non di-
vinam. 13. Negat, necessario credendum esse fide salutifica,
scripturas, quas habemus esse divinas, aut Evangelium Mat-
thæi quod legitur in Ecclesia, esse divinum, & Matthæi A-
postoli. 14. Contendit, scripturam sacram non esse ex fecerat,
neque erroris, aut falsitatis expertem. 15. Affirmat,
scriptores Novi Testamenti interdum prudentes, scientes præ-
ter veritatem historie scripsisse. 16. Recepto vulgarique er-
rori aliquando quidpiam ex caritate condonasse. 17. Pro-
pter opinionem publicam à veritate historie deflexisse.

CAPVT XXIX.

*Iuris studium principibus & priuatis com-
mendatum.*

§. I. **P**RVIDENTIA iuris est rerum diuinarum, & humanarum notitia, iusti atque iniusti scientia. Ita definitur imperator lib. 1. inf. tit. 1. lib. 1. Nec immerito; duplex enim ius est diuinum, & humanum, vtrunque iurisperito cognoscendum est. Itaque non nimis late sumpta est definitio; Est enim reuera latissima illa, & vere publica scientia. Quibus autem in rebus prudentia versatur in illis multo magis consistit prudentia iuris.

§. 2. Jurisprudentiæ dare operam, principes, optimates, nobiles conuenit; imo necessarium est.

Ratio primaria est, & valida. Quemadmodum sine legibus non potest esse Respublica, ita nec sine anima legum, hoc est vero sensu, veroque usu, qui potius iustitia & æquitate index est, & custos, quam verba legislatoris. At sensum tenere ipsos principes, & optimates oportet. Πᾶσα πόλις ἀποτὶς ἀν γένετο, ait lib. 6. de leg. Plato, ἐν ᾗ δικαιοσύνη μὴ καθύσταται εἰς καὶ τέρπον. Omnis ciuitas definit esse ciuitas, in qua tribunitia non sunt recto ordine constituta. Non possunt vero recte constitui, si modum eorum principes ignorent. Primarium principis munus est ius dicere, quomodo iuste, constanter, certo ius dicet, iuris ignarus.

Recte itaque vocatur iurispergentia βασιλική, καὶ τῶν βασιλεῶν, scientia regia, & regum; nam & regibus digna est, & regibus necessaria est; quam ob causam quibusdam in vniuersitatibus, vt in celeberrima Herbolipolenti in actibus solennibus, antecessores, & doctores purpureis insignibus, qui color regius est, vt videmus.

Reges olim ius dixisse constat. Romulus, & cæteri leges sanxerunt, & controuersias finierunt. Secuti reges sunt consules, qui iudiciis exercendis operam dederunt. Apud Varronem ita clamor accensus. *Omnes Quirites in litium huc vixite ad iudices.* Augustus totus in iure dicendo fuit. Seuerus præ cæteris negociis ciuilibus intentus fuit. Ad miraculum vsque causas cognouit Vespasianus, qui legationes, quæ plerumque erant oppressorum, audiebat cubans, & cum alius solueretur, dum nititur, & confurgit, inter manus subleuantur extinctus est. Traianus ad periculosam popularitatem accessit, describit eam Plinius, nisi forte auribus aliquid dedit. *Liberum est Traianus ingrediente per publicum principem subsistere, occurrere, compenitimus militari, præterire, ambulare inter nos, nos quasi conuersas: in audientia & copiam tui, non vi imputes, facis. Hæret lateri tuo quisquis do. accessus finem, sermoni ius cuius pudor, non tua superbia facit.* De Alexandro ita scribit Lampridius. *Negotia & causas*

causas prius ad scribendum principibus, & doctissimis iurisperitis & sibi fidelibus, quorum primus tum Vlpianus fuit, tractari ordinarique atque ita referri ad se precepit. Leges de iure populi & sibi moderatas & infinitas auxit: neque vllam constitutionem sacravit sine viginti iurisperitis & doctissimis ac sapientibus viris: ut denique discretissimis non minus quinquaginta, ut non minus in consilio essent sententia, quam senatus consultum conficerent: & id quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset, dato tamen spatio ad disquirendum cogitandumque priusquam dicerent, ne incogitate dicere cogentur de rebus ingentibus. Fuit praeerea illi consuetudo, ut si de iure aut de negotiis tractaret, solos doctos & discretos adhiberet: si vero de re militari, milites veteres & sanos ac bene meritos, & locorum peritos ac bellorum ac castrorum, & omnes literatos & maxime eos qui historiam norant: requirens quid in talibus causis quales in disceptatione versabantur, veteres imperatores vel Romani vel exterarum gentium fecissent.

Iudex peritus, & iustus saepe fallitur.

Cum igitur iudicare eos oporteat, gnaros iustitiae esse necessitas cogit. Maxima cura iudicandi incumbit etiam iustissimo, & equissimo iudici, quia crebro cum omnia secundum leges fecit; damnat tamen & occidit innocentem, quanto magis si leges, & iura ignoret ipse? Misera curatio est, sed tamen necessaria ciuitati, cum iudicia seuera agitantur. Augustin. libr. decimo nono, cap. 6. de ciuit. Dei. Quid ipse iudicia hominum de hominibus, quae ciuitatibus in quantumlibet pace manentibus deesse non possunt, quae alia putamus esse, quam misera, quam dolenda: quandoquidem hi iudicant: qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt? Vnde saepe cogitur tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem querere veritatem. Quid cum in sua causa quisque torquetur: & cum queritur utrum sit nocens, cruciatur: & innocens luit pro incerto scelere certissimas penas: non quia illud commississe detegitur, sed quia non commississe nescitur? Ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis. Et quod est intolerabilius, magis quae plangendum, rigandumque si fieri posset, fontibus lacrymarum: cum propterea iudex torquetur accusatum, ne occidat nesciens innocentem, sit per ignorantiam miseriam, & ut tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa sustinere tormenta: quod non commissit, commississe se dicit. Quo damnato & occiso, utrum nocentem an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit: quem ne innocentem nesciens occideret, torfit: ac per hoc innocentem, ut sciret, torfit. & dum nesciret, occidit. In his tenebris vita socialis sedebit iudex ille sapiens, aut non sedebit? sedebit plane. Constringit enim eum, & ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nefas ducit. Hoc enim nefas esse non ducit, quod testes innocentes torquentur in causis alienis, quod hi qui arguuntur vi doloris plerumque superati, & de se falsa confitentur, puniuntur innocentes, cui iam torti fuerint innocentes: quod etsi non morte puniuntur, in ipsis vel ex ipsis tormentis plerumque moriuntur. Quid hoc ali-quando & ipsi qui arguunt, humana societati, fortasse ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, & mentientibus restibus, reoque ipso contra tormenta durante immaniter, nec faciente, probare quod obiciunt non valentes, quamuis vera obreuerint, a iudice nesciente damnantur? Hec tor & tanta mala non deputat esse peccata, non enim hac facit sapiens iudex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi: & tamen quia cogit humana societas, necessitate etiam iudicandi. Hec est ergo quam dicimus miseria certe hominis, etsi non malitia sapientis. An vero necessitate nesciendi atque iudicandi torquet infantes, punit infantes; & parum est illi quod non est reus, si non sit insuper & beatus? Quanto consideratius & homine dignius agnoscat in ista necessitate miseriam, eamque in se adire: & si pie sapit, clamat ad Deum, de necessitatibus meis erue me.

Iudicium rapacitate solus princeps impetire potest.

S. 2. Intuto & periculo ista principum consilia-riis, aliisque committuntur, nisi diligenter ac sedulo princeps attendat. Nam fauore, pecunia, odio plurima transiguntur, & principis ignorantia cedit in lu-

crum hominum rapacium. Rapere, non accipere sciunt agentes in rebus, ait Iul. Cap. Et Cyprina. Epist. 2. Incisae sunt licet leges duodecim tabulis, & publice are praefixo iura praescripta sunt, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illis, ubi defenditur, reseruatur. Sicut inuicem discor-dantiu rabies, & inter togas pace rupta fori litibus mugit insa-num, hasta illis & gladius & carnis praefixio est, vngula effo-diens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus vi-uunt supplicia plura, quam membra sunt. Quis inter hac vero subueniat? Patronus? sed praeharicatur, & decipit. Iudex? sed sententiam vendit. Qui sciet crimina vindicaturus, admittit, & ut reus innocens pereat, sit nocens iudex.

Hae maxime committuntur, si princeps logius ab est, aut omnem curam iustitiae in eos reicit, quibus ti-dit, qui cum postea plerumque vel mala gratia dimit-tuntur, vel etiam capite plebantur, satis apparet, quo-uerterint sui principis nimis simplicem credulitatem. Nec princeps securus esse potest, cuius negligentia al-lii peccant. Maximum vero frenum est iniquorum iudicum princeps prudens & doctus, ipsos porro iu-dices principis imperitia facit ex securitate negli-gentes, eruditio, studiumque cautos, & gnauos.

Doctus prin-ceps iudicu est lima & regula.

S. 3. Auctoritatem etiam valde imminuit, iuris & legum, hoc est, reipublicae, cui praestit, ignorantia. Mul-ti cum fallent, quem vero decipere possunt, contem-nunt. Deinde quamuis aliquando vere, non tamen constanter iudicare possunt, quo circa necesse, ut crebro sententiae sententias elidant. Quod non modo ignominiosum, sed etiam periculosum est principi, dum in simili causa, alii vincunt, alii vincuntur. Ver-suti, & callidi litium architecti cornua tollent, iusti-tiani; ventilabunt. Scelerique, nefando nomen erit virtus.

Vbi scientia adest, adest inconstan-tia.

S. 4. Denique vigilantibus non dormientibus iura subueniunt. Vigilet itaque Antistes iuris, nam utrinque, maxima industria agitur, imo fraude, mendacio, per-iurio, ut suum quisque iudicem faciat, accedunt iuris periti, qui occasionem semper liti relinquunt, ut in-epti artifices castigationi. Non est cedendum tamen principi, sed contra audendum: malum est continuu, semper renascens, cui continua medela adhibenda est. In simili causa optime Seneca l. 2. de ira c. 11. Nunquid ille cuius nauigium multam, vndique, laxatis compagibus, aqua trahit, nauis ipsa, nauigio irascitur, occurrit potius, & alia excludit vndam, aliam egerit, manifesta spamina praecludit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus labore continuo resistit: nec ideo intermitit, quia quantum exhaustum est, sub-nascitur. Lento adiutorio opus est, contra mala continua, & secunda non ut desinant, sed ne vincant.

Omnia iu-ra peruer-runt, nisi princeps succurrit.

Hic opus est perseverantia: audacter affirmo, cen-tu opus esse oculis, aut si fieri posset, ut Argus sit, hoc est totus oculus, quibus fraudes cernat, vitasque puniat.

Princeps igitur iuris, aequitatisque peritus sit, & post iudex sit principem comites, barones, nobiles, quod facile co-nstituatur, si iudicem, aut gubernatorem nullum con-stituat, nisi bene peritum. Ea sane mens Iustiniani fuit, in proem. instit. S. 7. Summa itaque ope & alacri studio, has leges nostras accipite, & vosmetipsos sic eruditostendite, ut spes nos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfectio, possit etiam nostram Rempublicam in partibus eius vobis credendis, gubernari.

Iudex sit gnarus cau-sa.

Quia vero ipse ignarus literarum & iuris fuit, hinc factum, ut toties leges immutando eas ad commoda sua magni, sed avari iurisperiti fixerint atque refixerint. Pauperes, ignorete, in causa publica loquor, & de eo loquor, quod crebro fieri solet, nollem dare iuri ope-ram, & causas agere. Quia in nimia occasione peccan-tia clades di pessima confutrix & impulsrix est inopia, sordescit. Vili iustitiam vendit, cuius conditio vilis est, care sententias vendit, qui in egestate studendo lucri occasionem longa patientia quaesivit. Non ignoro e pauperibus bonos, iustos, sanctos esse, Deum elegisse pauperes, sed nunc de illis paupe-ribus loquor, qui diuitiarum & honorum causa

Pauperum iurispruden-tia clades est publica.

iuri studuerunt, & longam famem, & siccas fauces adferunt, ad partium litigantium medullam exugendam. Ditescere volunt, & cito ditescere. Interim status sui dignitatem exaggerant, splendide vestiuntur, ne pauperes fuisse videantur, & cum ius non satis suppetit, per iniuriam, quaruntur opes. Horum turba cum inualuit, sursum deorsum omnia vertunt, ipsum suum principem venalem habent. Potest quidem in magno genere ignobilis avaritia grassari, sed plerunque cum familia, dignitatisque suae rationem ducunt, cum opulenti sint; cum animo celliore, tam abiectas prædas non sequuntur. Sed tamen & his curam adhibeat princeps. Nunquam felix fuit iuris nostri status, ut non pepererint ipsa eius sacraria iniurias. Ipsum Iustinianum vide legislatorem, quomodo artibus eum suis circumuenerint harpyiæ forenses. Euagrius ita scribit: *In Iustiniano vero tam inexplabilis*

fuit pecunia cupiditas. Et tam turpis atque adeo absurda rerum alienarum appetitio, ut omnia subiectorum bona his qui magistratus administrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures vero, imo innumerabiles qui bona multa possidebant, causa falsa commentitiaeque conficta, omnibus fortunis multauit. Quod si quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiciens, consuetudinem se vllam cum eo vel coniunctionem habuisse simularet: statim omnia iura ac leges, modo Iustinianum turpis lucri socium constitueret, eius causa auersa iacuerunt; facultatesque illius qui falso in crimenerat, fuerunt in eius domum translate.

Legum itaque emendationem, & compendium, hoc opto, ut litium, cum finis esse non possit, saltem sit modus. Atque hæc de legibus, nunc de legum custode, hoc est, magistratu agamus.



POLI-